

B. N. II, 141.

A. 37, 5.

X 1880740



Q. D. B. V.

DE

SUPERIORITATE

TERRITORIALI,

PRÆSIDE

DN. NIC. CHRISTOPHORO

LYNCKERO, JCTO,

CONSILIARIO AULÆ, REGIM.

ET CONSIST. DUCAL. SAXON.

FACULT. JUR. SENIORE,

CUR. PROVINC. AC SCABIN. ASSESS.

ET ANTECESSORE PRIMARIO:

DOMINO PATRONO ET PRÆCEPTORE

SUO COLENDISSIMO:

IN AUDITORIO JCTORUM,

D. DECEMB.

A. O. R. M DC LXXXVI.

DISPUTABIT

BARTHOLOMÆUS *Bellner*

ERFURTENSIS.

J E N Æ,

RECUSA Literis WERTHERIANIS,

1699.

VH 1





2. D. N. 1711  
SUPERIORITATE

TERRITORIALI

P. R. M. J. A. D. E.

DMICHRISTOPHORO

CONSTITUTIONE REGIM.



PAETHOLO...







DE  
SUPERIORITATE  
TERRITORIALI.

**U**ra Statuum describun-  
tur *summatim*, vel *singil-*  
*latim*.

*Summatim*, quando  
dicitur, *omnes Status Imperii habe-*  
*re in sua ditione jura quæ fuerunt*  
*& sunt summæ civilis potestatis: de-*  
*inde, quando dicitur, unumquem-*  
*que Statum tantum posse in territo-*  
*rio suo, quantum Cæsar in univer-*  
*so Imperio potest, multâ securita-*  
A 2 te,



te, perturbatione & commixtione verborum formularumque.

Nam ecce in *primo* genere maxima est rerum verborumque confusio. Aliqui enim *omnimodam jurisdictionem* vocant, alii *superioritatem territorialem, summam jurisdictionem, generale Dominium*, & quæ sunt alia. *Regalia* quoque alii dicunt idem esse cum jure superioritatis: rursus *alii* regalia jure superioritatis majora; *alii*, & inferiora. Aliqui *majestaticam* faciunt superioritatem; *nonnulli* dependentem. Germanicè, *Lands-Obrigkeit / Lands-Fürstliche Obrigkeit*. vid. *Besold. Speidel. Wehnerus*, *his vocabulis*: item, *Lands-Hoheit und Herrlichkeit*.

*Dif-*



*Difficultas* in his maxima ostenditur 1. quod *nec jure aliquo scripto, nec perpetua aut certa aliqua observantia* hæc materia definita est. vid. *Klockius Relat.* 169. n. 54.

2. Quia pleraque hæc vocabula *recentioris stili sunt*, & quidem *variantis*, neque eodem modo iisdem verbis utentis. Ita apud *Limn. tom. IV p. 629.* annotatur: *die Landsfürstliche Obrigkeit ist vor alters im Reich ein ganz unbekandt Ding gewesen / und ist ein neuer foetus nostri seculi.* 3. Igitur hæc *perpetua materia litis in Imperio est*, quam peperit & auget ignorantia politicæ, five principiorum Politicorum propriorum. (a.)

Quantum ad *posterius* genus at-

A 3

tinet,



tinet, quàm recepta fit illa regula, quantum Imperator potest in Imperio, tantum Status possunt in suis territoriis, (b.) vid. apud *Magerum de Advocatia, c. 6. n. 24. p. 204.* magnam congeriem nominum. Sed quàm hæc locutio non fit accurata, primus, puto, ostendit *Jacobus Lampadius part. 3. cap. 3.* & simul illas quæstiones expedit 1. an *Statuum potestas* sit Majestatica, an dependens. 2. *Unde potissimum æstimari judicarique debeat.*

Percurrendum illud caput. (c.)

(a.) *Principiorum Politicorum propriorum.* Equidem *Jura Statuum* non omnia *Superioritatis Territorialis* aut *Potestatis Civilis* nomine continentur: quippe quam habent quidem Status



tūs Imperii omnes, (saltem *actu primò*: ut qui præstationem matricularem suscipiunt, nullis adhuc dum bonis immediatis instructi: aut qui bona immediata amiserunt:) nec tamen *quà tales*, sed ut consecutum quoddam: Namque (1.) ad Conventus & *Comitia* adhibiti fuere, (cui nunc successit accuratius formata *Statuum* conditio,) priusquam Superioritas Territorialis exorta fuisset. (2.) Jus ipsum *Status*, universitatem atque Summitatem Imperii respicit; *Superioritas* ad Territorium, & sic ad particulare, & summò inferius, affixum est. Sunt quoque alia plura, quæ Statibus nomine *Libertatis* s. Prærogativæ specialis atq; *eminentis* competunt: (Libertas enim *communis*, aliorum Civium *Germanorum*, promiscuè omnibus, aut prærogativa, præcipuis inter illos, sub ratione præcellentiæ, ut in exteris quoque Regnis & Rebus publicis usuvenit, debita, eò non pertinet:) Sunt quæ aliquibus *actu*, & vel immediatis quoque, si *potentiam* habeant formatam, inter se vel cum Statibus, qui viribus valent, sub nomine *Potentatūs*, tribuuntur. Nec minùs aliqua sunt, quæ *Immediatis* acquisita sunt jura, *quà talibus*, adeoque nec ad Statum, nec ad Territorium, neque etiam Potentatum, imò ne quidem ad Libertatem, præcisè sic dictam, referri possunt: ut est forum *Camerae*, *Austregarum*.

*Originem* Superioritatis frustra inquisiveris; *initia tantum* & incrementa jurium, unde sensim in eam, quæ nunc conspicitur, potestatem invaluerit, perquirere licet. Idem fatum est cæterarum rerum, quæ  
non



non nisi conversione secutâ sentiuntur. Altius rem repetunt, qui à statu regionum *Veteris Germaniæ*, quem *Pbil. Cluverius Lib. I. Germaniæ antiqu. c. 37.* describit, ordiuntur. Postquam enim illas Franci subegerunt, versâ in *Regnum* Republicâ, retinuere *Duces, Principes, Comites*: & cum *Duces* initiô non nisi belli tempore constitueretur, ad exemplum *Germaniæ Veteris*, dehinc etiam *dicendo juri*, quod munus antea solùm *Principum, Comitumve* fuerat, præfecti sunt: majori quidem potestate, quàm *Romanorum Magistratus*, qui devictis ab istis *Germaniæ CisRhenanæ* Provinciis præerant; sed minori tamen & constrictâ magis, quàm antehac in *Veteri Republicâ*, gavisî. Cum verò ultrâ modum potestas ipsorum *Caroli M. ætate* excrevisset, ac cum primis regiam potestatem sibi *Dux Bavariæ & Aquitaniæ* sumerent, utrumque in *Comitatus plures* *Carolus* diremit. Ast facilitate *Successorum suorum*, tum & dissidiis eorundem, effectum est, ut vel maximè declinante ejus familiâ hinc inde *Primores* intumescerent; adeò ut saltim ante tempora *Conradi I.* quinque *magni Ducatus* revixerint, *Bavaricus, Saxonicus, Suevicus, Franconicus, Lotharingicus*: quos quidem liberæ & hæreditariæ potestati intentos comprimere non potuit *Conradus*: quin potiùs amore patriæ ductus *Henricum* (*Ottonis filium*), *Saxonem*, sibi valdè refractarium & liberò *Principatu* utentem, posthac extinctò se, familiâ suâ sepositâ, *Regem* creari voluit. Hinc deinde plures alii ad se pertrahere cœperunt jura majoris potestatis: & cum antea *Duces* ap-  
pa-



paratu bellicò, quin & postea dicundo juri, *Palatini* ve-  
 rò exemptis regalibus, *Comites* justitiæ, *Marchiones* tu-  
 endis finibus, præfecti essent, idq; necdum jure patrimo-  
 niali & perpetuò: \* tum & redditibus tantum certorum  
 locorum gauderent; quin & plures eorum sæpius in  
 eodem Territorio concurrentes, in sublimibus juribus  
 regiis, divisam administrationem obtinerent, homini-  
 bus seu subditis etiamnum immediatè sub Rege con-  
 sistentibus; nisi quòd hæreditaria etiam & coëmpta  
 bona, proventus atque homines, acquisiverint. Post  
 deinde producta ad filios eà potestate, tum quoque ad  
 agnatos, & largitionibus Cæsarium, quin & usurpationi-  
 bus Statuum subsecutis, quibus vel jura etiam majora  
 Cæsarium, qui variè per Pontifices & fata electionum ac  
 bellorum jactabantur, vel infirmiorum Constatuum,  
 occupabant, in eam magnitudinem, accedente quo-  
 que Interregno diuturniori, excrevit sensim usu, in-  
 vestituris, Legibus, firmata Superioritas. Neque dum  
 hodiè satis circumscripta videri debet, postquam uti

B in

\* Quod malè nuper à *Cesarino Fürstnerio* assertum fu-  
 isse, ostendit *D. Kulpisius c. VII. de Legation. Stat.*  
*Imper. §. 14. seqq.* eademque cum similibus, ad do-  
 ctrinam hanc, à *D. Coccejo* posthac quoque rece-  
 ptam, attendenda sunt, quando in *Diss. de fundata*  
*in Territor. Sc. potestate: Tit. 1. §. 3. seqq.* nunquam  
*Principatum & Ducatum* nomina *Officiorum*, (a-  
 liter atque in *Comitatibus*,) sed semper, ex quo  
*Francorum* Reges subigere alios populos German.  
 coeperunt, *proprias fuisse potestates, feudi Lege con-*  
*cessas, tradit.*



in singulis ejus partibus usui longævo pleraque debentur, ita etiam illis in melius formandis & ampliandis quotidie incumbitur; ut tamen exactiori formâ & nominibus post *Maximilianum* concipi ac signari cœperit: (quò redigi debet *annotatio Aulicæ de Reysersheim. Confutation, ap. Linn. Tom. IV. p. 629.*) non aliter atque *Libertatis & Potentis* augmenta plura indies conquiri videmus. Etenim intentio *Cæsarium*, qui & ipsi urbes sibi plures ac castella, cum Juribus Fisci atque vectigalibus, retinebant, non fuerat, tantam largiendi Statibus potestatem, nec *hereditaria* administrationis concessio, *die Erblichkeit* (qualis nequidem nunc existit in Episcopis,) nec largitio jurium quorundam, & vel ipsius regiminis terrarum, exceptis utique *reservatis Cæsareis*, (*vid. Heider. in Apolog. p. 7. ibi: Allerhand Stätte/Dörffer/ıc. Regalia, &c. ausgezogen/und dem Reich vorbehalten; Zumal denen Herzogen ihre Pfalzgrafen / denen Bischöffen und Aepfen ihre Kastenvögte / und dann denen Stätten ihre Reichsvögte überbunden / und an die Seite gesetzt worden / welche der Keyser und Könige Jura der Enden in acht nehmen und üblich fortsetzen müssen.*) officere tantum poterat emolumentis Imperii: nec propterea redargui oportet *Impp. Saxones*, qui *Episcopis* saltem Jura sublimia territorii indulgere (*Francorum liberalitate*, qui non fundos modò & possessiones amplas, verùm & quibusdam eorum imperii tam civilia quàm criminalia jura concesserant, incitati,) nō debuerint. Quosque enim constitui & deponi ab Imperatoribus Episcopo-



scopi potuerunt, nullum ab illis, atque juribus illorum, Cæsari periculum extiterat. Ast *Pontificum* artibus sub *Henrico IV.* effectum est, ut studia sua plures contra Cæsarem, ingrati, & ambitione, tum & rerum novarum cupidine turgidi, converterent: atque ab his potissimum temporibus jura Cæsarum, etiam apud Statûs *seculares*, imminuta sunt. *Periodos* excrecentis Superioritatis Territorialis distinctè, sed discerptâ tamen & promiscuè arreptâ historiâ, per Principes, Episcopos, Comites, Civitates, indagare annisus est *Mylerus* in *Archologiâ*; sed accuratius est *D. Eybenii* studium in *Dissert. de Orig. Regule: Tantum posse Status, quantum Imper. &c.* Planè ad primordia *Regni Teutonici*, atque *Caroli Magni* Imperium, Superioritatis Territor. exortum cum *Carpzovio c. 1. sect. 12. n. 8. seqq.* (qui vel ex *Italia*, post devictos Longobardos, eam indignè repetit,) referre, (idque etiam ad *Ecclesiasticos* pari fiducia extendere, quod *nonnemini* visum est,) non licet: (ubi *n. 22.* frustra ad *consuetudinem* respici tradit, quoniam de origine satis constet: & ipse tamen non nisi de juribus quibusdam potestatis & reddituum concessis, nec his omnibus, nec simul, nec certâ formâ, nec Primoribus universis, sed nonnullis tantùm *Comitibus*, (quib. *Comitatus* in jus hereditarium successere: *add. Mabillon. L. 3. d. art. Diplom. c. 1. §. 7.*) à quibus metui nil poterat, nec ubivis perpetuò id factum esse, edocere potest.) Utique *Caroli* tempore *Majestas Imperatoria*, suppressis Principum viribus, ad summum apicem & plenitudinem jurium pervenerat. Non et-



iam ad *Officia* illa Provinciarum in Imperio Romano *ve-*  
*deri*, quæ *Franci* imitati fuerint, attendere, cum *D. Ta-*  
*bore c. 1. Arman. n. 18. seqq.* convenit, ut exhinc origi-  
nem Potestatis illius arcessas: cum Historiam tantum è  
longinquo collustrent Procerum, quibus *Administratio*  
duntaxat Functionum sublimium concredita fuerat, nil  
adhuc dum Superioritatis Territorialis.

Cæterum plura Cæsares *movere* potuerunt, ut  
ne Statuum incrementis nimium obniterentur: mul-  
ta etiam commoda exhinc in rem communem oborta  
sunt. Nec verò Cæsares sibi melius devincire po-  
terant eos, qui Provinciis præfecti fuerant, ut ne  
cum hostibus Imperii, in perniciem ejus, convenirent;  
sed potius sanguinem suum promptius pro defendendis  
atque asserendis finibus exponerent: quando non ad  
vitam modò, sed pro liberis quoque suis, firmatam  
sibi potestatem haberent. Non etiam præmium ali-  
ud periculorum pro Republicâ perpefforum suppetiit,  
non incitamentum validius, quò Liberi Procerum ad  
virtutes Majorum, inter æmulationem eorundem,  
provocarentur. Et cum Cæsares, si omnia sibi volu-  
issent retinere, de Reipublicæ summâ periclitari potu-  
issent: hinc palladium sibi securitatis, & Imperio,  
tum & posteris, æternam pacem pepererunt, obse-  
quentiores sibi reddentes perenni mutuòque vinculò  
nexos Principes, quique omni promptitudine, potentia  
& viribus studentes, imperium, nullâ vastitate fructu-  
que terrarum præ aliis quibusd. Europæ regnis com-  
mendabile, tuerentur. Sed & fidem Christianam,  
ejus-



ejusque defensionem in eo respexerunt, quòd *Episcopis* similia jura indulserint: tum & concordia exhinc cum Statibus cæteris fiduciam; imò præsidium adversus Ducum & Comitum contumaciam: nullò in adversum ab ipsis Clericis periculò, quousque constitutio atque depositio eorundem arbitrii Cæsarei fuerat: quin & tributa pariter ac servitia Episcopos præstare oportebat, subjectos hodiernum & Vasallos Imperii, multà tunc quidem & liberiori Cæsarum curâ & inspectione constrictos. Eventum tantæ revolutionis si expendas, (& quisnam Civium non *presentem Patriæ statum* commendaverit?) stante hæc Superioritate Territoriali, Cæsares *supremam potestatem* illibatam tenent, salvum quoque terrarum *directum*, aut *supremum Dominium*, (quale non minùs in *Pacificatione Osnabrugensis* Imperio in quibusdam terris per *exteros* occupatis servari consultum putavimus:) atque exhinc Statibus habent Subditos & Vasallos jurisdictionem Cæsarum omnimodam in se terrasque suas recognoscentes, quique Iphis & Imperio statum suum, Regiones & jura omnia deferant. Imò Imperii *Majestas* tantò majori fastigiò subvecta est, quòd *potentibus* adeò præsit, qui cum Regibus pares sint, tamen sua omnia Cæsareæ benignitati imputent, eamque ceu fontem præcellentia suæ venerentur. Ad hæc *limites* suos præfinitos habet illa Superioritas: in quâ & *curam sollicitudinis Imperii* Cæsares reposuerunt, quò & Ipsi Imperio rectiùs *per partes* præessent, atq; subditis terrarum suarum quisq; Statuum lubentiùs prospiceret,



multâ in hos benignitate multôque studiô usus, quos & posteris suis relicturus esset. Denique nil inde jurium *Majestatis*, quæ *præcellentiæ* appellamus, deductum est, postquam omnia illa Cæsar suô modô singulari & diversô tenet; nil inde jurium, quæ *emolumentis* sunt, (& ex *terrâ*, quæ nullæ jam sunt patrimoni Cæsaris, redigendæ fuerant:) nam & viros & pecuniam, cum cæteris, quæ impendio usui publico esse debent, Status suppeditant, pro fide Imperio debitâ: quam periculô amissionis Statûs & terrarum firmiter obstrictam esse constat, ut imminui illa aut subduci Imperio non possit.

*Definitio SUPERIORITATEM TERRITORIALEM*, quod sit *potestas immediati post Cæsarem Regiminis, Statibus in personas & res sui territorii competens*. Dico (1.) *potestatem* Regiminis, nam & plures Potestatis sunt species: atque Superioritas absolutè finienda fuerat. Etenim minùs apta regulis Logicorum est ea definitio, quâ Superioritas esse dicitur *pars* Imperii dependenter competentis. Et cur non potius species? quanquam nemo definitionem speciei, aut individui etiam, Superioritatis requirat, verùm generis, quod de quâlibet cujusve territorii superioritate prædicetur. Nec quisquam potestatem Patriam per partem potestatis in familia definiret. Dico (2.) *Regiminis*: quoniam *Imperium* non exhaurit definitum; quippe quod personas magis respiciat, & Dominio in res contrâ distinguatur. Regimen etiam potestatem *extraordinariam* in personas & res, quam in  
his



*his Dominium eminens* appellamus, complectitur. Est  
 deinde nomen *mitius* & paternam indolem sapit; quin  
 & *sacrorum* ac profanorum juribus aptum magis est:  
 quæ hōc ipsō etiam designantur. Indeque *Limnei* de-  
 finitio *IV. 8. 183.* & *Reinkingii I. V. 3.* cæterorumque, qui  
 eos sequuntur, abundat, si non falsa est, in verbis: *ei-  
 que connexorum Regalium.* Civile autem regimen,  
 quod alii adferunt, imò & facultas *ordinandi* regio-  
 nem, amplitudinem Superioritatis non exhaurit. Non  
 etiam nisi peregrinus in Republicâ asseret, Superiori-  
 tatem Territorialem *ultimò & formaliter absolvi* fa-  
 cultate *manu forti cives ad obsequium cogendi.* Nam  
*Cesarin. Fürstnerius c. X. de J. Supremat. ac Legat. Prin-  
 cipum Germ.* suæ scenæ inserviit. Cæterum licet in-  
 dicare possit jus illud cogendi Superioritatem quoad  
 hæc, quæ belli jura conficiunt; tamen non absolvit  
 imperium adæquatum. Estque adversum planè Le-  
 gibus Imperii & usui publico, quòd is, qui incolas regi-  
 onis militari manu cogere potest ad imperata, jus ter-  
 ritorii ex eo habeat; licet omnibus aliis Regalibus seu  
 juribus, quæ Superioritatis esse dicimus, destitutus sit.  
 Sanè per hoc incolæ illi non erunt subditi cogentis;  
 per hoc non debebunt ei obsequium subjectionis: nec  
 ipse habebit ea, quæ Regimen superius perfectione  
 debitâ conficiunt. Dico (3.) *Regiminis immediati*;  
 non *summi*: quod primâ apprehensione sensum exce-  
 dentem habet, utcunque deinceps restringatur; imò  
 hoc ipsō nil summi retenturum est. Propria ferè Im-  
 perio R. G. est vox *immediati*, quæ rationem depen-  
 den-



dentia<sup>æ</sup> nativò significatu exprimit. Non ita, si quis  
*subordinatum* diceret: nam gradum ordinis hòc ipsò  
 non discernimus. Addendum fuerat (4.) *post Casarem*: non tantùm ut apparet Superioritatem Imperio Romano propriam definiri; sed ut simul innueretur, omnem illam potestatem immediatam ac totam à Cæsareâ Majestate pendere & à Legibus Imperii modum capere. Dico (5.) *Statibus*: ut excludam hinc immediatos cæteros, quantumvis terras amplas habeant, quæ territorii vicem saltem in complexu subire possint, ut est *immediata Nobilitas*; ne de reliquis dicatur. Videlicet *immediatus non Status* solùm Regalia, *Hoheiten* / habet, art. 3. Capit. *Leop.* similia effectibus Superioritatis; non habet hanc in complexu, quousque in numerum Statuum non recipiatur, nam ita vi Statûs axioma consecutivum, Superioritatem sc. territorio inditam, nec ampliùs jura specialia seu singula, ex nudâ investiturâ vel usu, habebit. Quamvis enim Superioritas directò ad *universitatis imperium*, non pertineat, sed ad terram particularem; pertinet tamen suò modò ad *universitatem imperii*, (non Potestatis, sed terrarum Imperii, quæ ex illis regionibus Statuum ferè tota conficitur, atque hodiè non quidem *causam* Superioritatis Qualitas Statûs, *die Reichsstandschaft* / sed tamen ejus *conditionem sine qua non* constituit. Proinde si quis Princeps v. c. Landsassium in immedietatem dimittat, eique Præfecturam sive simpliciter & abdicativè conferat, sive retentò solum Domini directi jure: immediatus quidem hic talis &

ex-



exemptus erit, (modo Imperio onera debita ex illâ præfecturâ porro exsolvantur: ) habebit etiam jura omnia, quibus Princeps vi Superioritatis ibidem usus fuit; sed hæc non amplius erunt Superioritatis, licet regio justam magnitudinem, quæ Statum decere possit, habeat, præterquam si Dominus illius in conditionem Statuum Imperii suscipiatur: id quod fieri nisi Cæsaris auspiciis non potest. *Italia* deinde rationem hinc quoque semovemus: Non ibi Statûs, non territoria, non talis, quæ Statuum cæterorum in Germaniæ Regno immedietas. Dico (6.) *sui territorii*. Nam ita satis intelligitur, Superioritatem juris esse *proprii perpetui*, quod vulgò *patrimoniale* dicunt; simulac innuitur, eam, *quæ talis est*, in *alieno* (quod nuper *totâ Dissertatione* temerè, & non nisi per inania & inconsequentia, assertum est,) haud unquam obtinere posse. Alii dicunt exerceri Superioritatem in eos solum, qui sunt *de territorio*. At verò plura habet Superioritas, quàm ea, quæ domicilio innititur, jurisdictio; adeoque in alios quoque valet, quoad sui quasdam partes, qui vel in territorio, vel forenses sunt: quippe quòd hæc omnia, quæ in suo territorio agit Status, censeatur jure Superioritatis agere: licet non *omnimoda*, (nam hæc solum in subditos valet,) tamen jure quòdam illius: at verò ut jus quodlibet Majestatis Majestas est, (quamvis plena non sit:) ita jus quodlibet in suo, ratione personarum & rerum ejus territorii, est & ipsum Superioritas. Sic enim ad *Forenses* quoque, illosve qui *in territorio* sunt, porriguntur Statuta Principis in eâ

C

re-



regione, de mensurâ, de pondere, de valore nummo-  
 rum, de collectis, oneribus realibus, requisitis & solen-  
 nibus contractuum, aliorumque negotiorum inter vi-  
 vos, ultimarum voluntatum, de usuris, præscriptioni-  
 bus, processu judiciario, legitimatione personarum; sic  
 & jura succedendi vel à successione excludendi, jura  
 pœnarum, jura forum sortiendi, ratione delicti, contra-  
 ctûs, rei sitæ, &c. Nempe Superioritas & ipsa totum po-  
 testativum est, atque *Universitate* jurium tanquam par-  
 tibus conficitur, quibus eam pro diversitate objecto-  
 rum exferi videmus. Sed universitas juris non est, quò  
 objectum Successionis Civili jure constat, & ob quam  
 v. c. successor hæres defunctum per omnia repræsen-  
 tat: quamvis fit in ea universitate seu patrimonio  
 Principis, in quod eidem succeditur: quæ suò locò  
 distinctiûs habebuntur. *Territorium* verò, (quod per  
*rem* ipsam à terrendo, l. 239. §. 8. d. V. S. quoad *vocem*  
 à terra dicitur: quam à terendo, alii à torris, limes seu  
 terminus, inde extorris, dictam volunt,) idque justum,  
 ut Dignitatem Statûs ferre possit, (est verò tale etiam  
 quod *Civitates parvæ* habent, & vel *intrâ* Civitatis  
*ambitum* conclusum. Mingius *thes.* 44. d. *jurisd. Imp.*)  
 ceu *objectum*, circâ quod occupetur, desiderat. Ne-  
 que enim illi tanquam recipienti inhæret; sicut nec  
 simpliciter *personalis* est, quamvis personam hodiè se-  
 quatur, quæ intuitu territorii in conditionem Statûs  
 recepta est; indeque Statui, ceu territorio valenti, ad-  
 hæreat: cum non detur citrà territorium Territo-  
 rialis jurisdictio; detur alia saltim strictè sumpta, &  
 in



in jure tantum dicendo consistens jurisdictio, quæ  
Magistratus jure competit, cujus quod territorium  
est, pro ambitu jurisdictionis accipitur. *l. fin. ff. de  
jurisd.* (Quò quidem malè *Cameralem* referri vide-  
as, quæ cum Cæsaris sit, pro territorio Imperium ha-  
bet.) Est autem Territorium terræ spatium certis  
terminis limitatum, intrà quod regiminis potestatem  
civitas habeat, (indeque à *districtu*, etiam quæ ille ad  
ecclesiastica non refertur, dissidet. v. Sprenger. *in epist.  
Ellychn. præcursor.*) In eo verò passivè & objectivè  
est Superioritas & in qualibet parte ejus tota exerce-  
tur: activè & *formaliter* est in eo, qui ibid. rerum  
post Cæsarem potitur: *Eminenter* in Cæsare, quæ uni-  
versitatem Imperii, (quam & omnes ac singuli in Im-  
perio viventes respicere & vereri debent. *vid. R. U.  
1555. §. 39.*) tenet. Quamvis autem universitas ter-  
ritorii Imperialis complexus sit, qui ex particularibus  
Statuum territoriis, atque reliquis terris, quibus nulla  
insidet Superioritas, componatur id quod tamen *Im-  
perium* rectiùs, quàm *Territorium universale* appella-  
mus. Tamen non eodem modò universalitatem Regi-  
minis Cæsarei ejusve universalitatem ex illis particu-  
laribus Statuum Regiminibus compositam esse, dice-  
re licet; quin potius Cæsar omnibus his tanquam *sub-  
alternis* seu subordinatis, Majestate suâ, mit seiner über-  
schwebenden *Kaiserlichen Hoheit* / supereminet. Inte-  
rim cujusque Statûs Dicitio ac Provincia *Reipublica* pro-  
prior est, quia non est Provincialis aut sub Magistratu,  
sed instructa eâ, quæ summæ analogæ est, potestate.



Quæ & suas *Formas* habet, prout vel unius vel plurium imperiô constat: cùm quidem *Summum Imperium* non nisi *Monarchicum* sit. Non etiam unius *modi* habetur, sed variè pro juribus Imperantium, tum & Statuum Provincialium, aut incolarum, ex fato & usu cujuslibet Regionis. *Permanentem* verò dicere Superioritatem in *Civitatibus* Imperialibus; transeuntem in cæteris terris, quæ monarchicè reguntur, nil attinet. Igitur Statûs immedietas, (oppositivè non modo ad immedietatem Statu vacuum; sed & ad Statum medietate pressum: nam & Statûs dari, qui non nisi *mediatas* terras etiamnum habeant, absque videri non debet à vero sententia:) atque territorium ad hoc requiritur, ut quis Superioritate territoriali gaudeat. *Personalem Dignitatem*, quâ & ipsæ Civitates Imperiales destituuntur, \* non exigit: atque in sui exercitio magis quid *reale*, quodque ad territorium referatur, sapit. Interim *vi territorii* non competit, cum vix aliàs Nobilitati immediata denegari posset. Dicitur Superioritas in R. A. de anno 1548. §. 66. die *Landes Fürstliche Obrigkeit*: & in §. 41. & 48. die *hohe Ober- und Berechtigtheit*; aliàs die *Landes Hoheit und Herrlichkeit* / nec non *Ober-Herrlichkeit* / R. A. 1555. §. 40. R. A. 1559. §. 21. *Ober-Notmäßigkeit* / adde R. A. 1555 §. 16. & 53. *Jus territorii. art. V.* Instr. Pac.

\* Quas quidem, ut & *Nobiles*, non rectè aliqui Dignitatem *Regalem* habere tradunt, eò quòd à *Rege* seu *Cæsare* Dignitatem habeant, ne & *Doctores* & *Comites Palatinos* *Regalem* Dignitatem habere dici oporteat.







tur: ) cùm tamen aliàs ex mero Imperio non inferatur Superioritas. *Art. V. Instr. Pac. §. 14.* Quod rectè propugnavit Philippus *Hass.* Landgravius, cùm de urbe *Huxariensi* ageretur, adv. Henricum Duc. *Brunsvic. ap. Hortleder. IV. 6.* Quid quòd ne quidem ex *Regalibus* inferatur Territorii Superioritas. Dicuntur enim Regalia jura, etiam quæ quis in *alieno* Territorio private & solus exercet. Et quamvis ille, qui Superioritatem habet, in suo non minùs *Regalia* exercere dici possit, atque jura Superioritatis: neque enim Regalia *vi Superioritatis* exercita à juribus Superioritatis ullatenus differunt: \* Tamen *Regalium* vox *latior* est, ut non vicissim sequatur, illum Jus Superioritatis exercere, cui regale quoddam (velut *in alieno*,) competit. Quare minus verè docuerunt D. Tabor. *c. VI. de Metat. n. 5. seqq.* Knipschildus *II. d. Civ. Imp. c. 5. n. 143.* & plures alii, quòd regalia, cum primis majora, à Superioritate, imò & à juribus Majestatis, non differant. Postquam enim *jura territoriorum* Cæsares (quæ tum adhuc *Majestatis* & *Regalia* à Rege, Italicò & Feudali sermone, dicta fuerant,) dimiserunt, frequentius obtinuit, ut jura Impera-

\* *Indeque* minus rectè Mylerus *c. 36. d. Jurib. Stat. Imp. §. 4.* cum *citatis*, tradit, quòd multa sint Superioritatis Territorialis, quæ non sint de Regalibus: minùs, etiam rectè Wehnerus *in Obs. Pract. p. 334.* quòd Superioritas Territorialis vi suâ non contineat omnia regalia: id quod infeliciter probat ex *R. A. 1576. §. 119.* Et pejùs alii, qui *ibid.* Superioritatem Regalibus accensent majoribus.



peratoria *Majestatis*, Jura Statuum in suo, Jura *Superioritatis*, in alieno, ut & in his *qui Status non sunt*, maximè si *Dignitate regali* polleant, *regalia* jura, imò in illis qui minoris ordinis & vel mediati sunt, *privilegia* & jura *eximia* appellemus. Et hætenus verum est, quod *Sixtinus* habet *I. d. regal. c. 14. n. 77.* privatis etiam, velut Nobilibus mediatis, aut Civitatibus Provincialibus, *regalia* (imò *privilegia* & jura præcipua, ut venandi, accisiarum, statuta condendi, & plura alia,) competere. Licet aliquando pristinus significatus *Regalium* occurrat, ut in *R. A. 1570. §. Als dann auch.* ibi: *Unser Käyserlich Regal, die Münzgerechtigkeit*: ut tamen ibi etiam intelligere possit Cæsar jus monetandi, quatenus id ab ipso Statu tenent. Videlicet nomen *Regalium* hætenus est indifferens, (non ita *Superioritatis*, ejusve *jurium*,) & ad Cæsaris concessionem, saltim tacitam, quæ in *alodiis* etiam subest, ubique respicit; tum & ad *Dignitatem* usurpantis: ut in nullo rectè *Regalium* appellatio usurpetur, nisi qui *Regali* vel etiam *Status Dignitate* præditus sit. Quòd si enim juris *Superioritatis* quis capax fuerit, ut sunt *Civitates Imperiales*, nullà licet *personali Dignitate* præditæ: non minùs etiam *regalium* nomine ea jura, quæ in suo, & si quæ similia in alieno habent, appellanda erunt: maximè quòd Regale jus in se *reale* sit, atque Regalem *Dignitatem* habere possit, qui bonis & juribus planè destitutus est. Faciliùs tantum admittitur, ut *regalia* inter *Nobiles immediatis* tribuantur: nam hi capaces etiam sunt

jurium,



jurium , quæ inter Jura Superioritatis eximiè dicta  
 referuntur, qualia in mediatos cadere nequeunt. Re-  
 galia verò etiam *Comes Landsassius* habere dici potest,  
 quamvis omni jure Superioritatis vacuus sit. Uti-  
 que Regalia ne quidem collectim sumpta Superiorita-  
 tem Territorialem conficiunt. Neque enim si-  
 milis effectus parem causam arguit. Aliquando omnia  
 cumulari videas, ab his, qui sibi undiquaque prospice-  
 re volunt. Ita legitur *in Instr. Pac. Cæs. Gall. Mo-  
 nast. §. 74. Regalia omnia, cum omnimodâ jurisdictione  
 & Superioritate, supremoque Dominiò.* Et tamen hæc  
 non nisi diversò concipiendi modò differunt. Porrò  
 vox *Herrlichkeit* / (quamvis ita cum *Schradero* putet  
*Sixtinus Lib. I. c. X. d. regal. n. 19.*) non præcisè denotat  
 regalia, vel saltem communiter *majora*, quæ in emi-  
 nentiâ & potestate, citrà commodum seu emolumen-  
 tum quoddam *directum*, consistunt, non significat:  
 (secus atque in sensu *proprio* & *specifico Landes- Herr-  
 lichkeit.*) Nam vox illa etiam reperitur in Investi-  
 turis Nobilium Landsassiorum seu *mediatorum*, &  
 designat jura seu regalia *minora*, *die Herrlichkeit o-  
 der Nutzbarkeit der verliehenen Güter.* Et quamvis  
*in genere* expressum reperitur: nihilominus tamen  
 pro re natà solùm indicat *Dorff- und Gerichts- Herr-  
 schafft.* Sed olim faciliùs *in complexu* denotare potuit  
 Superioritatem, ut & verba: *mit allen und jeglichen Frey-  
 heiten/ Gnaden und Gerechtigkeiten/* cum primis si quæ  
 jura *majora specificè* enumerentur: Quòd si etiam  
 alia non repugnent, etiamnum, & vel maximè in nu-  
 mero



mero *multitudinis*, vox *Herrlichkeiten* / Superioritatem designare potest. Klock. 1. *conf.* 50. n. 170. *seqq.* Wehner. O. *Pract.* b. *voce.* Sed melius rem exprimit die *Hoheit*; (non etiam *Hoheiten* /) quam *Herrlichkeit*.

Recensentur hæc ferè **JURA SUPERIORITATIS**: Jus *homagium* exigendi. *Protectionem Provinciale* impertiendi. *Leges, Ordinationes, Statuta, Provincialia* condendi, publicandi. *Mandata, Edicta, Rescripta* edendi, affigendi. *Privilegia territorialia* confirmandi. *Conventus seu Comitia Provincialia* habendi. *Visitationes* regionis seu *Provinciae* instituendi. *Rationes* à *Civitatibus, Universitatibus, Tutoribus*, exigendi. *Orphanotrophia, Nosocomia, &c.* ordinandi. *Magistratus*, cum primis supremos, constituendi, *Dicastria* erigendi, *Officiales* præficiendi rebus *Provinciae*. *Archivum* habendi. *Jurisdictionem Civilem & Criminalem* exercendi, *Appellationem* recipiendi, seu *extremam* in *Provincia* *provocationem*. *Privilegia* singulis concedendi. *Aggratiandi. Dispensandi. Asyla* condendi. *Salvum conductum* tribuendi. Affigendi *Salvas guardias*. Ponendi *insignia* in locis & itineribus publicis. *Legitimandi. Relaxandi* à *juramento. Fame restituendi. Veniam ætatis* concedendi. *Moratorias* largiendi. *Jurisdictione Episcopali* utendi. *Reformandi Religionem. Consistoria Ecclesiast.* habendi. *Synodos* convocandi, *Ferias provinciales* indicendi. *Gymnasia* condendi. *jus Viae publicæ. Jus conducendi, persequendi, indagandi. Postarum. Jus fluminis. Molen-*  
D dino-



*dinorum. Portus. Riparum. Jus torcularium. Collegia  
 Opificum & alia confirmandi. Recipiendi Judæos. Jus  
 Civitatis dandi. Nundinarum. Monetandi, Ulnarum,  
 Ponderum, Mensurarum, Armandiarum, Belli, Repres-  
 siliarum, Jus Delectus, Sequela, Lustrationis, Metatorum,  
 Munimentorum, Praesidii, Aperturæ, Pacis pangenda. Jus  
 fœderum, Legationum. Jura Fisci, Commissorum, Impor-  
 tandorum & exportandorum, Vectigalium, Decimarum,  
 Accisiarum, Detractionis, Jus desertorum & novalium,  
 Metallifodinarum, Foresti, Venationis, Piscationis,  
 Aucupii. Denique Jus intrada, Palatii, & similia. Quæ  
 quidem distingui possunt in ea, quæ eminentiæ sunt,  
 seu majora; & quæ emolumentis, seu minoræ. Illa tum  
 Pacis, & vel Justitiæ vel Commercii, tum Belli. Justitiæ, se-  
 cularia (iterumque universalia & singularia,) vel Ecclesi-  
 astica. Alii in Politica & Ecclesiastica. Illa quæ tum Pacem,  
 seu statum pacatum, respiciunt, & sunt Justitiæ, Gratiæ,  
 Emolumentis; tum Bellum. Est qui partiatur in illa,  
 quæ Imperium aut Dominium respiciant, vel quæ  
 regimen universi. Ad hæc refert Homagium, quò sub-  
 jectio firmatur. Et tunc intrâ Civitatem humana,  
 quædam, & divina: extrâ illam, quæ vel tempus  
 Pacis vel Belli concernunt. Sed non apparet, cur in his,  
 quæ Imperium aut Dominium respiciunt, non regimen  
 universi pariter occurrat: & sanè omnia ad alterutrum,  
 quædam ad utrumque, referri possunt, quæ subditos atti-  
 nent, & rationem Potestatis habent: nam hætenus et-  
 iam jura, quæ ad externos porriguntur, suo modò, quate-  
 nus iisdem Cives implicantur, Superioritatis dici possunt.  
 Non*



Nonnulli jura illa, ut sunt *Bellorum, Fœderum, Lega-  
tionum*, Superioritatis esse dicunt *ex suppositione*; reli-  
qua verò *per se* talia, quibus scilicet adeò indigent  
Statûs ad regendas suas ditiones, ut commodè sinè il-  
lis regi non possint. v. D. Hugo *d. Statu Region. Germ.*  
*c. 2. §. 18.*

Quamvis autem jura illa omnia sint  
non modò Regalia, sed & Superioritatis haberi debe-  
ant, quando quis ea *in suo* territorio exercet. Nihil-  
ominus tamen ubi jus territorii *controversum* est, ibi  
tantùm certa inter ea, quæ superiùs adduximus, sunt  
jura, quæ non nisi in suo competere possunt, & *eximie*  
*Superioritatis* sunt, ut Landes-Huldigung / Land-  
Schutz / Landesfolge / Obergebot und Verbot / Ord-  
nung in Geistlichen und Weltlichen Sachen / ohne Mit-  
tel nechst dem Kaysen und dem Reich / aufzurichten und  
zu ändern. Dispensation, hohe Begnadigung / Eides-  
entnehmung / endlicher Recurs in B:schwerden / Landtäge  
auszuschreiben / Land-Visitationen in Geistlichen und  
Weltlichen Dingen anzuordnen / hohe Aempter zu bese-  
zen / Religion zu reformiren / Privilegia, Stadt- und  
Marckrecht zu geben / Maasz und Gewicht zu bestim-  
men / Moratorien oder eiserne Brieffe zu ertheilen. Re-  
liqua ferè omnia ambigua, & in *alieno* etiam *territo-  
rio*, aut saltim *mediatis*, competere possunt. Ali-  
quando sibi prospicere solent Domini terrarum, qui  
adversus alios sibi Superioritatem territorialem reser-  
vant, per *expressionem jurium*, quæ non adeò ex ge-  
nerali reservato à quolibet colligi posse videbantur:  
cujus exemplum notabile exhibebimus, aus der Ver-  
erbung/



erbung/ welcher ein gewisser Chur-Fürst einem Fürsten / über ein von dieses Vorfahren erkaufftes Schloß und Ampt / in anno 1677. verliehen. Concessionis verba ( quæ simul ea insinuant , in quibus *Dignitatis* ratione *Principibus* parci solet , ) hæc sunt : Reichen und leihen Sr. L. und Deroselben Leibes-Erben / 2c. gemeldtes Ampt 2c. zu rechtem allodial und Erbgut / daß Sie damit / ihrem Belieben nach / als mit ihrem unstreitigen Eigenthumb / tam inter vivos, quàm mortis causâ, disponiren und gebahren mögen / von Uns und jedermänniglich ungehindert ; wie wir dann auch fernerweit bewilliget / daß Seine Liebden / ausser denen Sachen / welche das Ampt N. concerniren / sonst vor Ihre Person / in unsern Gerichten zu erscheinen / nicht schuldig seyn sollen. Jedoch / daß sie nichts destominder dem Lehn / so oft die Fälle kommen / wie recht / gebührliche Folge thun / darneben alle onera , so an Decem und andern Geisllichen Stiftungen / oder sonst würcklich darauff hafften / ( ausgenommen die Ritter-Dienste / weßwegen Ihre Liebden von Uns jederzeit vertreten werden sollen / ) vor sich abtragen und entrichten / sich auch der Hohen- und Nieder-Jagten / denen Landes und Jagt-Schieden gemäs / zu denen angesetzten Fristen / pfleglich gebrauchen / do sie über ihre selbst eigene Nothdurfft / Bier zum Verkaufen / brauen lassen / selbiges gewöhnlicher massen / als eine allgemeine Landes-Verwilligung versteuern / auch sonsten auf bedürffen Fall wider die säumigen Restanten hülfliche Hand leisten / wie nichts weniger / wegen des Juris Patronatûs, sich jederzeit

Unsern



Unsern Consistorial - Anordnungen und Geistlichen Rechten gemäß bezeigen / auch sonst nach unsern Landes Satzungen / Rechten / Herkommen und Gewohnheiten / richten / so wohl mit Verwaltung der Ober- und Nieder-Gerichte / Nutzung der Dienste / und anderer darzu gehörigen Berechtigkeiten und Herrlichkeiten / und sonst also verfahren / wie es gedachte Unsere Landes-Ordnungen / Rechte und Gewohnheiten erfordern und haben wollen ; Absonderlich aber die gesambten Unterthanen / bey ihren Rechten und Berechtigkeiten / Freyheiten und altem Herkommen / so weit sie dessen befugt / in allem geruhig lassen / und dieselben zur Neuerung oder Ungebühr nicht beschwehren. So wollen Wir auch Uns / Unsern Erben und Nachkommen das Jus Territoriale und Episcopale, und was sonst der Landes-Fürstlichen Obrigkeit und Hoheit zustehet / und derselben allenthalben anhängig ist / als Lehen / Folge / Steuer / Berg-Regalien / Marmorbrüche / Aufrichtung neuer Zünfte / Innungen / und andere dergleichen Concessionen, auch Ertheilung und Confirmationen der Privilegien / allgemeine Landes-Bewilligungen / an Land - Tranck Fleisch- und Accis- Steuern / wie auch Stempel - Gelder / und andere ordinar- und extraordinar - Anlagen / wie sie iezo abgegeben / oder künfftig aufgelegt werden möchten / hiermit ausdrücklich vorbehalten haben / rc.

Equidem Superioritas Territorialis, ut æmula Majestatis, potestate quoque extraordinariâ instructa est, quam non satis exponit Ant. Guil. Erl. in Theatr. Super. Terr. Apparat. IV, p. 93. seqq.



& in Imperio ac Dominio eminente intrà fines Territorii, atque dependenter ab Imperio universi conspiciuntur Gail. 1. Obs. 56. seqq. Carpzov. 2. 33. 16. & innumeris al. Caterùm quæcunque ad regendi potestatem facere possunt, in illis fundatam habet intentionem is qui Superioritatem in eà regione tenet: inde reservatum illud cujusdam, nimium pro hero suo solliciti, ap. Keller. de Offic. Jurisd. Pol. L. II. c. 12. daß er seinem gnädigen Herrn / alle Obrigkeit / auff und unter der Erden / auch so viel noch künfftig möchte erdacht werden / iest als dann und dann als iest per expressum vorbehalten haben wolte; nec non locus Klockii, Relat. Cam. 169. n. 54. vel potius n. 23. in fin. ad quem Bœclerus remittit: ubi nil ampliùs habet, quàm quòd sub Superioritate veniant omnia jura singularia, licet non sint in Corpore Juris: juxta Bossium. Quæ quidem si Imperii Legibus & observantiæ conformia sint, nullum est in eà generalitate periculum. (Et sanè im Tausch Brieff zwischen Baden-Durlach und Wirtemberg / de anno 1603. wodurch dieses Fürstliche Haus die Aempter Altensteig und Liebenzell erhalten / habentur etiam hæc formalia: mit allen Berechtigkeiten zc. im Wasser und auff dem Lande / ob und unter der Erden / benannt und unbenannt / gesucht und ungesucht / nichts ausgenommen.) Aliter poterat Princeps extendere Superioritatem in præjudicium & injuriam subditorum, v. c. ad albergariam, ad furnorum, molarum Principis, aditum necessarium, ad mensam lanioniam bannariam, ad res furtivas in fiscum recipiendas, ad bona naufragorum eodem pertrahen-



trahenda, ad vicesimæ hæreditariæ detractioem, ad retractum rerum inter subditos venditarum, & similia. Quamvis autem Mevius *I. Dec. 102. n. 7.* satis finire potestatem illam indefinitam videri posset, quando tradit: *nihil non Statui cuique in suo licere territorio, si non abdicatum, aut lege publicâ ademptum, aut Imperio submissum fuerit;* Tamen in eo reproba doctrina latet, quando ille Statûs initiò, cum Superioritas effingeretur, *liberos fuisse, atque sibimet jura struxisse* supponit. Dantur etiam jura, quæ *initiò non fuere territorialia*, h. e. unà cum concessione Superioritatis in Vasallos Statûsque Imperii non transferunt, sed quæ specialiter concedi oportuit; quamvis sinè territorio haberi non potuerint: ut est jus *Metallifodinarum*, (v. D. Eisenhart *c. II. de Regal. Metall. jur. §. 37. & 63.*) Jus *recipiendi Judæos*. Porro quædam jura etiam apud Principes ad *Reservata Superioritatis*, non ad communia, & quæ aliis largiri solent, regalia pertinent: ceu quidem Typographiæ concessionem D. Mevius *VIII. Dec. 431.* non putat referendam esse ad reservata; verùm illam fieri etiam posse ab eo, qui *Regalia*, (hoc est, jura communicata seu mediata,) habet; ut à Civitate Provinciali *Privilegiatâ*. Quæ verò *Cæsaris Reservata* sunt, ut Legitimandi jus, cum similibus, ea cum Superioritate Territoriali in Statûs non transeunt, sed *specialem concessionem* requirunt. Non concessa si usurpentur, plenum & universalem effectum non habent, neque extrâ territorium valent, adeoque ad instar *dispensationis* censentur; nisi verò

tem.



tempore immemoriali ad effectum universalem inva-  
luerint, ut est *jus dandi veniam etatis*, in Ducatu *Wür-  
tembergico* obtinens : quod licet non nisi in subditis il-  
lius Ducatus exerceatur ; tamen effectum suum uni-  
versaliter, & quoad extraneos etiam, quibus cum illis  
subditis negotium est, exserit. Tandem jura,  
quædam non competunt nisi *Statibus Protestantibus*,  
vel saltim non eò modò, neque eà plenitudine, com-  
petunt Catholicis : ut sunt jura *Episcopalia*, & quæ eò  
referri, aut ad religionis discrimina redigi, possunt.  
Nam Catholici Principes Seculares magnam *Jurisdic-  
tionis Ecclesiasticæ* partem Episcopis relinquunt : jus in-  
terim *reformandi* totà die in terris suis exercentes.  
Quin & jura quædam ambigua facta sunt, num *ecclesia-  
stica* num *secularia* sint : ut est jus relaxandi à jura-  
mento, jus decimarum ; de quibus tamen in loco. Imò  
jura sunt, quæ *nec in usu* semper habet Dominus, &  
si habeat, non habet ex Superioritate : ut est jus Deci-  
marum, Stapulæ, Molendini bannarii, Albergariæ,  
Fodri, Wildfangiatus, *mundati*, (quod est genus ju-  
dicii habendi super immunitatibus & exemptionibus :  
*ap. Wehner. Obs. Pract. voc. Mundaten.*) Sic  
& jura sunt, quæ quidem habet nonnunquam Domi-  
nus *ut privatus*, quale est Jus Patronatûs, quando  
ipsum fundasse Ecclesiam & dotasse constat ; id quod  
tamen habere censerî potest, *ut Dominus* quando de  
eo qui fundaverit non apparet : nam ita ille habebit  
jus istud Patronatûs ex *Superioritate*, ut jura quæ eò  
redigi possunt alia. Quæ enim Imperium non adeò  
in-



involvunt, ea potiùs *Monopolii* relictijure censebuntur: ut fuerit jus braxangi cum similibus. Et sic in Lusitaniâ disquisitum est, *ap. Gamma I. Dec. 31. num. jus saponem conficiendi sit de Regalibus?* Porro jura quædam Dòminus habet *ex Superioritate*, sed non ea habet *omnis Dominus*. Ita fodinarum argenti, cupri, marmora, species quasdam venationis, & jura multa fluviatrica, plures non habent actu: quòd non tam potestate quàm *objectis* destituti sint. Aliquando etiam *restringi* unum alterumve jus videas, ut si non extruere liceat castrum intrà certos territorii limites. v. *Limn. add. post. ad. L. IV. l. P. c. 8. n. 235. 237.*

De *partitâ Superioritate*, seu *partiali* aut *divisa*, experiamur: tum & de *communi* seu *indivisa*, quando plures *concurrunt*: quòd *Leipoldi opera d. Concurrentia jurisdictionis*, *Killingerus de Ganerbinatu & D. Frommanni Disp. de ConDominio Territ. cum al. respiciunt.* PARTITA considerari potest, ut sit talis vel ratione *Territorii*, vel ratione *jurium*. Ibi partitam habere dicendus est, qui in parte quâdam, licèt potiori, Territorii, solus omnia jura Superioritatis habet: eâque ratione in parte reliquâ, aut loco territorii, alter jura similia tenet, siquidem locum *exemptum* dari in eòdem territorio seu Provinciâ repugnat. *Klock. conf. 3. qu. 2. post Tract. de Contribut. p. 45,* Ut tamen, quando prior ille ab antiquo investituram habet des *ganzen Fürstenthums oder Graffschafft* / hic in casu dubio *exemptionem*, cum primis in his terris, ubi *Landsassatus* viget, docere debeat.

E

Klock.



Klock. *d. l. p. 49. a.* Est quoque, ubi unus *intrà oppi-*  
*di pomæria*, alter *extrà illa*, Superioritatem habet.  
 Quid verò si unus alterve locus *edificiis augeri* velit?  
*v. Eundem 3. conf. 147.* Ee UNIONE terra-  
 rum hîc quædam inferenda sunt: nam & antehâc  
*per Universitatem* corpora ex allodialibus & feudali-  
 bus unita in Ducatûs erecta fuère, & *junctim Feudi ti-*  
*tulò*, quamvis allodia Feudo juncta aliàs non fiant  
 Feudalia, à Cæsare recognita fuère; tantò faciliùs,  
 quòd Imperio ea omnia subjiciantur: ut in Ducati-  
 bus & Princip. *Lüneb. Hassiac. Würtenb. & al.* Quin  
 & ipsi Principes in Territorii jam constituti corpora  
*accessiones* alias recipiunt. Quoties Principatui jam  
 sibi constanti *jungitur Principatus vel Comitatus* alius,  
 tunc jura sua hic retinere censetur, neque isti in du-  
 bio subjicitur, Klock *1. conf. 10. n. 543.* ita ut quisque  
 suam retineat Superioritatem; scil. quando ideò so-  
 lum uniuntur, ut uni Principi pareant. *add. Vietor.*  
*d. Exempt. concl. 18.* Imò *Provinciales*, etiam pristina  
 sua jura salva retinent. Losæus *P. 3. c. 14. de Jur. Univ.*  
*n. 5.* Cothm. *2. conf. 85. n. 6.* Brunnem. *II. Dec. 55.*  
 (ubi de Directorio, quod Prælati Ecclesiæ Collegiæ  
 habuerant, quæ Cathedrali jungebatur.) *add. Mev.*  
*conf. 5.* Vicissim Provincia *unita* non potest uti juribus  
 illius, cui unita fuit, v. c. jure non appellandi. Gyl-  
 mannus *Tom. III. Symphor. p. 274.* Ratione *ju-*  
*rium* si *partita* seu divisa fuerit Superioritas: (de quo  
 omninò *constare* debet, nam aliàs possunt jura, quæ  
 in Domino Territorii Superioritatis forent, ab alio in  
 eodem



eodem exerceri tantum nomine & jure *Regalium*, quem non esse Dominum *ne quidem ex parte* constat: quâ ratione hoc non attentò Dominus Superioritatem *solus* in Territorio habere dicendus est; alter tantum jura quædam habere *ceu in alieno*; sive conventionem aut investiturâ, sive privilegiò, sive jure *quòdam servitutis*, & vel *personalis*, quale in *Dovariis* occurrit, indeque ad alias species, licet similes, non trahi, neque ultra observantiam *extendi* possunt: quò pertinet jurisdictio, quam *Episcopi Spirensis, Wormatiensis, &c.* in *Civit. Spira, Wormatia, &c.* habent.) Ita verò quisque jura sibi competentia suò jure & in suò, ipsamque Superioritatem quilibet *divisim* habet: Sic intellige *Knichenium c. 4. de sublim. Jure Territor.* quando *n. 10. seq.* ait, illò casu *diversum* censi *territorium*, licet in uno loco. Igitur qui jus sequelæ habet *vi Territorii*, die *Land- oder Heersfolge* / idem quoque intentionem habet fundatam quoad jura *connexa*, als *Einquartierung / Musterung und dergleichen.* *Pruckmann. Consil. 27. n. 32.* Qui verò sequelam habet *jure Regalium* & tanquam *in alieno*, ei nil quicquam eorum, quæ aliàs eidem *connexa* esse solent, debetur. *Tabor. c. VI. d. Metat. §. 17.*

COMMUNIS est Superioritas, quando vel plures in *unò* tantum vel *alterò* jure concurrunt, vel in *omnibus*. Neutrubi *ConDominus* alteri in re seu jure communi præjudicium inferre potest. v. *l. 2. l. 8. §. 1. ff. d. Servit. l. 34. ff. d. S. R. P.* neque solus in iisdem quid suscipere, si per tempora aut regiones *divisa* non fuerint.



fuerint. *l. 6. ff. d. Servit.* Proinde nil quicquam agitur, si unus nolit ex ConDominis. *l. 28. ff. comm. divid. l. 11. ff. d. S. P. R.* licet quando commune jus exercet ConDominus, etiam quod suum est, exercent. Ultrinam verò eorum, si *contraria* imperent, obtemperare subditi debeant? item an à pluribus factum *ab unò cassari* queat? an *subditi* usque dum concordent Domini *subsistere*, aut ad concordandum eos adigere possint? v. Pacian. *Lib. II. d. Probat. c. 36.* Si unus ConDominus *servè* habeat subditos, an alteri adjudicandi sint? Merckelb. *ap. Klock. 3. conf. 170.* adde *vol. 3. Disp. Basil. 3. D. Frommann. c. IX. de ConDom. Territ. §. 18.* ubi & de *alienatione partis*, de *fortalior* destructione suscepta, de *Reformatione Religionis*, (v. *Instr. Pac. Art. V. §. 14. vers. in iis locis.*) nec non de *Remediis* rat. illius ConDominii competentibus. Utique Merckelbachii *ap. Klock. I. conf. 13. n. 61.* sententia, quando ConDominum *puniri* posse à ConDomino asserit, falsa est, licet v. c. *Primogenito die Regierung aufgetragen* / (ut *ap. Klock. d. l.*) vel rat. *Dignitatis impares* fuerint. *Besold. II. Polit. c. 5. n. 10.* *Nolden. c. 16. d. Nobil. n. 35. add. D. Frommann. d. l.* Est quoque ubi *Expectantia* Superioritatis Territorialis, & quidem cum *certis juribus*, conceditur. Sic enim *Sereniss. Electori Brandenburgico, in Archi-Episcopatum Magdeburgicum per Instr. Pac. Art. XI. §. 6.* expectantia constituta fuerat adeò, ut etiam interea Capitulum unà cum Ordinibus & subditis Archi-Episcopatus, statim conclusa pace, *Dn. Electori & toti Domui Electorali atque Successoribus* se



se *sacramento fidelitatis & subjectionis in eventum*, ex provisione d. Instr. Pac. §. 7., obstringerent; nec *debita* à Dn. Archi-Episcopo contracta ex redditibus Archi-Episcopatus dissolvi, ut nec *debitis novis & alienationibus*, in præjudicium Dn. Electoris, terræ gravari debuerint. §. 10. Quamvis autem accedente *Pacto* inter Potentiss. El. & Ser. *Administratorem Magdeburg.* anno 1666. d. 16. Maji, magis magisque terræ illæ Dn. Electori *affecteda* fuerint; tamen ea *ConDominii* rationem propriè non habere videbantur: atque Dn. Archi-Episc. à Cæs. Majest. daß er das Erbstift cum pertinentiis haben solle / allermassen es die vorige Erzbischöffe und Seine Liebden selbst inne gehabt und genossen / investitus fuerat.

PROFICISCITUR & *dependet à Casare* Superioritas Territorialis, ejusque concessione vel *expressâ*, ut investiturâ, conventionem, privilegiò, aut largitione, atque *Confirmatione* circa investituram, ut in *Civitatibus Imperialibus*: \* (cooptatione verò in *Statum*, quæ non nisi cum consensu Ordinum perficitur, cum quidem liberior sit Territorii concessio, quæ talis est, non nisi *habilitas* ad Jus Territorii, quando

E 3

Ter-

\* Non enim alii, qui Superioritatem *in allodio* tenent, ne quidem integri Comitatus, ejusdem *Confirmationem* à Casare expetunt. Illi verò, sive Statûs sive alii, qui terras quasdam *in Feudum* recognoscunt, solent jurium sibi, extrâ Feudi legem, singulariter concessorum, confirmationem juxta exquirere: quam Casar separatò *Diplomate* tribuit.



Territorium quis nec dum habet, inducitur: ) vel *tacitâ*. Sicut verò Cæsar novam Superioritatem, seu diversam, fundare in terris cujusdam Statûs, in hujus præjudicium, eximendò Statui partem terrarum, non potest. *art. 3. & 9. Capit. Leop.* Ita si concessio *tacita* non foret, Principatus & Comitatus plures, quorum aliquot nil habent quod à Cæsare *per investituram* recognoscatur, indeque etiam quoad Jura sublimia in *allodii* conditione positi sunt, Superioritate, imò etiam *der Reichs-Standschafft selbst* / & vel Dignitate Regali destituerentur. *v. D. Eiben. VI. Elect. Feudal. §. 6.* Plures quoque à *Constatibus* suis amplos *terrarum* tractûs, etiam cum juribus eximiis seu regalibus, *in Feudum* recognoscunt, in quibus *Superioritatem* exercitam quâ talis est, non ab iisdem, sed respectu ad Imperium habitò, (*als Sonnenlehen* / ) tenent. Quid quòd etiam *oblata* Constatui fortè superiori in Feudum *Superioritas*, hactenùs *allodii* jure habita, nihilominus extrà *Feudirationem*, & quâ *immedietatem* & Imperii supremi dependentiam attinet, ad Cæsarem etiamnum referri debeat. Et quidem *Superioritas* non minùs, quâ *Ecclesiasticam* potestatem continet, Cæsareæ Majestati & Imperio jam olim jure, priutquam per *Pacif. Religiosam* Protestantibus relinqueretur, & quicquid ejus *ceteris* quoque Statibus pro *Libertate Ecclesiarum Germanic.* competiit, acceptò ferenda est. Non enim ante *Hierarchiam* Papalem penes Statûs fuit *Jus Sacrorum* in territoriis, nisi quòd vel usu vel indultu speciali aliqua istius facultatis eos passim obtinuisse constet: atque  
hinc



hinc ad universitatem Imperii Cæsarei pertinuit. Quocirca non tam redintegratum aut restitutum Jus illud Sacrorum Statibus per Pacif. relig. dici potest: quicquid sit, quòd id ipsum dimitti illis & relinqui, inter jura Superioritatis, salvò interim Imperii summò jure, quà pactis modificatum non est, debuerit. Ad *tacitam* verò concessionem referri quoque debet Superioritas, quà Status *per prescriptionem* gaudent ab *immemoriali tempore*, (R. A. 1548. §. 56.) quæ cum ipsa sit *titulus*, atque vim concessionis specialis habeat. Sixtin. *I. d. Regal. c. 5. n. 137. seqq.* indeque etiam per illam *reservata* acquiri possint, Rosenthal. *c. V. d. Feud. concl. 16. n. 3.* Menoch. *conf. 2. n. 70. seq.* (licet perperam hoc genus acquisitionis nonnulli *derelictioni* cuidam Cæsaris adscribant: cum *derelictio* à *prescriptione* penitus diversa sit.) Hinc in eâ frustra sive Imperium sive alius titulum alium exegerit, maximè quòd ea quæ privilegiò induci queunt, etiam possint *vetustate*: Knipschild. *II. d. Jur. Civit. Imp. c. 5. n. 53.* atque Superioritas usu aut *prescriptione* quæsita insuper Imperiali robore expressè confirmetur. *art. 8. Instr. Pac. §. tam in universalibus. Art. 3. Capitul Leopold. Equidem extensio est factior*, (*v. arg. l. 1. d. Judic. l. 18. d. juris d.*) veluti ad Jus recipiendi Judæos, eudendi monetam, & quæ aliis nec dum quæsita fuerant; sicuti nec generalis investitura *speciali concessioni*, quà quis jus in eò territoriò habet, præjudicare potest. Köppen. *Decis. 48. n. 21.* Neque tamen *Cæsar* Superioritatem habet territorialem *formaliter*: quippe quæ complexus



plexus est jurium Territorii immediatè à Cæsare recognitorum; imò ne quidem *directum* habet *Dominium* Superioritatis Cæsar *formaliter*, quoniam hæc quoad totam sui naturam, eò quòd territorialis est, dependens sit, nec Majestatica; sed tantùm vi Majestatis & Imperii *virtualiter*. Inde quando Feudum Imperio aperitur, non utile *Dominium* Superioritatis, sed tota Superioritas, ad Imperium recidit, vel potius à Majestatis Imperio absorbetur. Potiùs loco *dominii* Feudalis est *exercitio jurium Majestatis*, distributivè in singulorum Statuum territoriis spectatæ, quæ ob hoc in aliud nomen ap. concessionarios trans-eunt, & hoc ipsò quòd dependent, Majestatis non sunt.

Status verò Imperii vel alius extrà Cæsarem concedere Superioritatem seu complexum illum non potest, Paurmeister. *Lib. II. de Jurisd. Imp. c. 8.* Reink. *I. cl. 5. c. 2. n. 4. seq.* Ming. *thes. 55. d. Jurisd. Imp. Knichen. c. 1. de sublim. territ. jur. n. 304. usque 322. & 337. c. 3. n. 115. & d. Saxon. non provoc. Jure. c. 7. n. 13.* quamvis possit *Regalia*, (quæ tamen & ipsa rat. originis & fontis à Cæsare habentur:) possit etiam jura quæ Superioritatis eximiè sunt, singula; sed non *quæ talia*: (quin nec Cæsar Jura Majestatis, & in specie Reservata, indulgere potest alii, quæ talia sunt.) Quæ quidem de Superioritate *constituenda* faciliùs procedunt. Neque tamen Princeps etiam Superioritatem *constitutam* (quæ hoc ipsò ab Imperatore pendet,) inscio aut invito Cæsare, in alium, quantumvis *Constatus & capax Superiorit. fuerit*, multòque minùs



minis in non-Statum transferre vel in totum vel ex parte potest; quamvis eam quis à Constatu suo *in Feudum* possit recipere: ut tamen ne hoc quidem in præjudicium Cæsaris & Imperii, quoad Aperturam \* & alia, validum haberi debeat. Planè *in casibus dubiis* per *transactiones*, *permutationes*, aliosve modos, fieri solet, ut jura Superioritatis quandoque alii in hâc illâve parte regionis dimittantur; multoque magis translationes *Præfecturarum & Regionum*, mit aller Landes-Hoheit / licitò jure suscipiuntur, quando non constat, quòd illas *in specie* ab Imperio quis in Feudum recognoscat, sed solùm in complexu Principatûs veniant, cujus plura allodialia esse possunt: modò transferantur in eum, qui Superioritatis Territ. in Imperio capax est. Imò etiam usu receptum, & Legibus Imperii firmatum esse videmus, Statûs inferiores, qui-

F

bus

\* Quia subinfeudati jus in amittendò à subinfeudante pendet: (male hîc dissentiente Rosenthalio *c. IX. concl. 49.*) ut cum subinfeudans terris suis excidat, etiam subfeuda simul Domino supremo aperiantur; saltem quòd eò casu, quò Superioritatem jam formatam Status aliquis allodii jure tenuit, eamque Constatui in Feudum offert, dicendum sit, non etiam Superioritate excidere Vasallum, quando Dominus directus terris suis excidit; sed potiùs dehinc Vasallum, eâdem Feudi Lege à Cæsare illam recogniturum esse. Idemque statuendum est, quando Cæsar permittit, ut Status Superioritatem à se & Imperio recognitam deinceps à Constatu suo in Feudum recipiat.



bus *exemptionis* controversia movetur, eximenti, at-  
 que onus Imperio debitum, *den Anschlag*/in se reci-  
 pienti, se submittere possint. R. A. 1548. §. Und  
 als durch. 52. Myler. *de Pr. & Stat. Imp. c. 100. n. 8.* Sed  
 hæc *in Præjudicium Imperii* tendere non videntur,  
 nec eò tendere debent: sicuti *præscriptio Superiorita-*  
*tis in alterius territorium*, si vel maximè prohibita,  
 foret ejusdem *alienatio*, non tamen Imperio officere  
 putatur: quæ quidem in acquirendò *jure particula-*  
*ri*, tanquam reali, etiam *citrà rem*, ut castrum, cui  
 adhæret v. c. *jurisdictio*, nullòve discrimine, licèt  
*majus regale sit*, tempore *longo*, l. 12. *in fin. C. d. præscr.*  
*long. temp. l. 13. C. d. Servit. add. Paurmeisterò I. XXIII.*  
*26. seq.* (longissimò in *Saxonibus*: nam hi non minùs  
*suò jure*, velut *Imperiali*, in *publicis* utuntur:) in *uni-*  
*versitate* *jurium*, *longissimò*, (& *cùm mediatus*, sive sub-  
*ditus*, sive alius, illam *præscripturus* est, non nisi *imme-*  
*moriali*, ita *Schütziùm I. Diss. 6. tb. 8.* accipio: vide Klo-  
*ckium. Relat. Cam. 72. n. 73. seqq.*) conficitur. Nec mi-  
 nùs *tempore immemoriali* opus habet is, qui *Superiorita-*  
*tem* non modò in terras alicujus, earumve partem ali-  
 quam, sed & *in personam* *Constatùs* sui, vel hanc *solam*,  
 aut *directò* ejus *subjectionem*, & ut inter *mediatos*  
 posthac, suosque *subditos*, numeretur, *præscripturus*  
 est. R. A. 1548. §. 56. 59. *add. Myler. d. l. n. 3.* Quòd  
 verò *actùs* ad *præscribendum* apti, non *violenti*, nec  
*injusti*, aut *meticulosi* esse debeant, per *exercitia ite-*  
*nati*, minimùm bini, si occasio pluribus non detur,  
*Borell. cons. 10. n. 21. seqq.* neque *clam* nec *precario* *ex-*  
*erciti:*



erciti : illud ex communi præscriptionum doctrinâ repetendum est. Cæterum quando Dominus Territorii concedit *Vasallo*, licet illustri, *omne jus*, quod in Feudo ipse habet, non tamen ei concessisse censetur Superioritatem, nec concedere potest. Quamvis autem vietur *concl. 28. d. Exemptionibus* tradat, quod *subinfeudans* eum, qui terras antea ab Imperio recognitas, nunc ipsi obtulit, Superioritatem ei conferat, quam Vasallus ipse in illis terris acceperat, maximè quando Feudum concedit *in aller massen wie es vom Reich ergangen*. Tamen Schützius *vol. 1. Jur. Publ. D. 6. rh. 10. i.* non admittit hoc, nisi in Vasallo *immediato*: quæ quidem qualitas in facto posita est.

Neque tamen Cæsar cum Statibus in eâ Superioritate *concurrit*, verum hi eam habent privativè, quâ talis est, vel saltim subordinatè: ut quoniam per investituram, contractum, privilegium aut præscriptionem, suo & patrimoniali jure eam tenent, (imò potius quia Superioritas ipsa Majestatis succedanea est: siquidem ipsi Status Imperii Superioritatem suam quâ talem, in subditos Nobilium suorum & civitatum, quòcunque nomine hi jura sua teneant, immediatè, illimitatè & simpliciter exercent: ) haud unquam illorum potestas quiescat, Cæsare licet in ipsorum territoria adveniente: Ziegler. *ad Calvol. p. 89. n 5. Bertram. d. Comit. Concl. 90.* adeò ut ne quidem *Reservatis* in eorum præjudicium uti possit, in ipsorum territoriis. Hinc in specie non concurrat cum ipsis in prima seu inferiori instantiâ, neque subditos illorum evocare



care potest. *Part. 2. C. S. D. Tit. 1. 5. & 8. j. Capitulat.*  
 (cūm quidem quò minùs hoc fieri posset, privilegiò  
 de non evocando, adhuc ævò Caroli IV. & Frid. III.  
 impetrari oportuerit.) Quod nec Majestati ejus offi-  
 cit: & nihilominùs ille fundatam habet intentionem  
 in mediatos, qui & ipsi subsunt, *R. A. zu Worms.*  
*d. anno 1564. S. Wiewohl auch.* & sub illius protectio-  
 ne vivunt, sed per ordinem Imperii & gradùs. Inde  
 ne deflectant Principes in actibus Superioritatis Terri-  
 torialis, aut modum Legibus definitum excedant, pro-  
 spicit: quin & pro necessitate temporum & Imperii  
 prævalet. Quocircà etiam in primâ Instantiâ suò  
 modò concurrere dici potest, quando Status protrahit  
 justitiam vel denegat: (*v. A. Bull. Tit. XI.*) nec non in  
 Statutis condendis, quando refragari unò alteròque vo-  
 lente, publico aliter non expedit, quàm ut idem per uni-  
 versum Imperium obtineat. Habet etiam Cæsar exer-  
 citium immediatæ Potestatis in mediatos Statuum sub-  
 ditos, quando *Reservata* sua exercet, aut quando eam ad-  
 hiberi communis Reipublicæ tranquillitas exigit; quo-  
 usque scil. hoc Legibus & observantiâ Imperii defini-  
 tum est. Sic enim *Mandata*, *Edicta*, *Monitoria*, *Ban-*  
*nimenta*, per totum Imperium publicat, & *affixionem*  
 eorundem à Statibus, etiam Civitatibus Imperialibus  
 requirit. *R. A. 1570. S. Und aus sondern/* (quam-  
 quidem *requisitionem* ubique & simpliciter non esse  
 necessariam Rulandus monet *P. 1. d. Commiss. Lib. 1. c. 4.*  
*n. 6. v. Reinking. I. V. 9. 46.*) Quin & præcepta ad me-  
 diatos, velut *rat. collectarum* Principibus suis solvenda-  
 rum,



rum, dirigit. *R. A.* 1576. §. 12. nec minùs in causis coram se pendentibus, per Commissarios, Statuum subditos *in Testimonium* vocat. *Gail. I. O. 95. n. 10. & 98. n. 2.* ratione magnitudinis, in vestigium pristinae jurisdictionis ejusve immedietatis; *Coler. ap. Carpzov. Tit. 7. Proc. art. 3. n. 26. 35. seq. v. l. 26. §. 1. ex quib. cc. maj. c. 11. §. proferendo d. Rescr. in 6.* non etiam in præjudicium jurisdictionis Statibus & immediatis concessæ: cum ne quidem ipsi Statùs quem citent immediate ex jurisdictione suorum Nobilium. *Carpzov. d. l.* Quapropter rejicienda non minùs est illorum sententia, qui hodienum Cæsari dedendum esse volunt à Statu subditum suum, qui in Imperatorem injurius extiterit. *l. un. C. si quis Imp. maledix.*

Possunt etiam terræ quandoque recognosci *in Feudum ab alio*, ut tamen *Jura Superioritatis à Cæsare à Majestate* recognoscantur: sicuti *Duces Würtembergici* Ducatum suum à *Domo Austriacâ* recognoverant, regalia seu Superioritat. Terr. à Cæsare suscipientes: *Reinking. I. 5. 4. 12. & I. 4. 16. 41. add. D. Strauch. Exerc. Jur. Publ. X. §. 21.* nec insolitum est, posse Statum aliquem terras quasdam ab Imperii Principe alio *in Feudum* recognoscere, quarum Superioritatem *in Feudum* ab Imperio suscipit, & illarum quoque nomine *in Comitibus* votum & sessionem habet. Dantur terræ plures *allodiales*; ut antiquis temporibus, (antequam pleraque illius aliis *in Feudum* offerrentur,) *Comitatus Saynensis* fuerat, qui & Superioritatem ne quidem *in Feudum* à Cæsare recepit, sed *allodiale* habuit. Similiter cum parte maxima jurium *Comitatùs Sarwerdensis,*



*densis*, qui solùm jus vectigalium & viarum publicarum à Cæsare in Feudum tenet, comparatum fuit. *Goedd. 4. conf. Marp. 37. n. 62. seqq.* Quâ ratione allodialia illa jura; sive præscriptione, (nam & hæc allodialia sunt. *Rosenth. c. 5. d. Feud. concl. 16. n. 4. seqq.*) sive etiam citrà feudi legem, ab Imperatoribus quondam nonnullis concessa, (*v. Knichen. c. 1. n. 6. 54. 80. seqq.*) non minùs à Cæsaris Imperio universali pendent. *M. Steph. II. d. juris d. c. 7. n. 113.* Rursus dantur Comitatus allodiales, ut est Comitatus *Schaumburgensis*, quorum tamen *Regalia* Feudum Imperii sunt. Dantur quoque Comitatus, quorum *Regalia* quidem etiam à Cæsare habentur, sed *terra* à diversis Imperii Principibus in *Feudum* conferuntur: qualis est Comitatus *Wertheimensis*. Quin & Comitatus *Waldeccensis* initiò allodialis fuisse dicitur. Sed *Reinkingius l. 5. 2. 9. & c. 1. n. 61.* quando concessam esse terram & recognitam à Cæsare constet, non præsumi hanc cognitionem, tradit, in allodium, sed in feudum. Aliàs sanè præsumptio est; non modò bona esse allodia, sed & *Regalia*. *Myns. 5. O. 25.* Imò *allodialis* præsumitur regio, quamvis Ducatus sit. *Rosenthal. XII. de Feud. concl. 14. n. 15.* *Sixtin. I. de Regal. c. 4. n. 60.* *Besold. conf. 212. n. 2.* non obstante, si vel maximè *Regalia* quædam ejus ab Imperio Feudali jure percipiuntur: nam tantò fortior est pro allodiali naturâ cæterorum præsumptio. Quod verò *idem Besoldus III. Jur. publ. c. 6. p. 263.* habet, quando ditio quædam allodialis sit, ut Comitatus vel Civitas Imperialis, quòd tunc Superioritas non Feudi jure detur, sed privilegii: illud qui-



quidem procedit, quando & ipsa jura allodialia sunt, pro quo etiam præsumitur: interea vel tota Superioritas, vel etiam Regalia quædam, nihilominus Feudi jure concedi possunt. Equidem allodiales ejusmodi terræ vix unquam *in foeminas* ob Pacta & Leges Familiarum transeunt, quousque mares supersunt: extinctis verò illis ad foeminas perveniunt, etiam cum Regalibus: nam & foemina in rem jurisdictionalem succedere potest; (Rosenth. VII. concl. 34. n. 9.) atque *novam familiam* per maritum suum, retentò domus nomine & dignitate, in posteris *orditur*. Quid tamen si ejusmodi pactum nullum existat, & *regalia Feudi masculini* sint? Quamvis Besoldus *cons. 241.* Regalia non posse à territorio separari, indeque etiam *d. Lib. III. Jur. Publ. c. 5. n. 750.* transeuntibus terris ad foeminas seu hæredes allodiales, regalia penes masculos remanere non posse autumat. Tamen contrarium verius censeam, & vel ipsæ terræ in conditionem cujuslibet alterius allodii, transeunt, in quo Superioritatem præter Dominum ejus habeat alius. Falsum quoque est, quod idem habet *c. 6. p. 263.* si feudum in nudis consistat regalibus, & ad Imperatorem redeat, quòd tunc alii quàm ei qui territorium jure hæreditario habet, concedi non possint: quoniam scilicet sint à territorio inseparabilia. Et tamen Superioritas præcisè non inhæret territorio.

Utut verò à Cæsare pendeat Superioritas, pendeant etiam territoria suò modò, quamvis allodialia; tamen exhinc nec *administratorii* quid aut *Magistratici* inferri debet. Nam *jure propriò* habent Status,

sed



sed concessio tamen, illa territoria atque jura: *dominiò* habent magis plenò quàm Vasalli communiter, ac *in patrimonio*, ad suam & suorum utilitatem proximè. Nil tale in *Magistratu*, qui non habet jus suum & reale, neque transmissibile aut perpetuum. Et quamvis olim jurisdictionem suò jure habere diceretur, *l. 5. ff. d. jurisd.* tamen non hoc intelligitur respectu Superioris, sed ratione sui muneris, & in oppositione ad eum, cui jurisdictionem illam mandat: nam hic alienam, quæ mandantis est, jurisdictionem habere dicitur. Qui verò Superioritatem Territorialem habet Status, etiamsi Cæsarem quoad universale & commune imperium Superiorem habeat, tamen Superioritatem illam *particularem* habet propriam, ipsaque cum eo unionem quandam realem habent jura territorii, ut per hæc etiam Cæsari præferatur, extrâ summas Reip. rationes & necessitates concurrenti: (nam hæc hactenus imminet Cæsar vi Majestatis perpetuò, ut tamen hæc ferè in terras Statuum nisi per hosce non valeat.) Neque ergò repugnant, habere jure propriò, & habere *dependenter* & ex concessione: nam hæc legalis est, ac tenorem perpetuitatis habet. Intereà negare nolim, territoria illa *esse Imperii*, eique deberi. (*v. Inst. J. P. II. 2. 37. seq.*) Non hoc unò nititur jus Imperii, ut eidem terræ illæ asserantur, quia scil. in commissum cadere & per feloniam Imperio *aperiri* possint: quanquam omninò recidant ad Imperium, tanquam quod dominiò directò polleat, cum ex feloniam committuntur; in cæteris verò quæ non habent

Feu-



Feudi legem satis constet, Terras omnes Imperii olim fuisse, nec nisi sub conditione seu lege Majestatis & Domini Universalis, ut huic substat, relictas Proce-ribus. Ex quo constat, non rectè contrà Imperium inferri à mercibus, in quibus nempe non sequatur: merces hæ ob vectigal subtractum Titio committuntur: ergò Titii fuerunt. Videlicet non eadem est nec mercium nec commissi ratio, quæ terrarum illarum & commissi earundem. Non etiam distinguere modum acquirendi à modo habendi licet; quasi ille tantùm concessivus sit: Etenim in hodiernum diem non habentur terræ, nisi beneficio Cæsaris, quæ Imperium habet, Statusque primævam acquisitionem lubentes profitentur, cùm nec aliter eas per investituram modosque cæteros suscipiant, nec aliter teneant habeantve.

Quid verò si Princeps Imperii investiat Comitem cum omni jure, etiam Superioritatis, quam in Feudo habet? si investitus manet *mediatus*, nec homagiò solvitur, territorium suscipere non potest, sed illius tantùm analogum quid & omnimodam jurisdictionem. Neque territoriale jus habebit, is quem Princeps investit cum omni jure, sibi reservandò jus provocationis & sublimia territorii alia: siquidem non datur mediata Superioritas, aut quæ alii quàm Cæsari subordinata sit: estque incognita Juri atque usibus Imperii, totâque januâ abscedit, sententia, quòd ad Superioritatem territorialem satis vasallo fuerit, si tantum habeat potestatis, quantum ad continendos subditos in obsequio, &

G

tan-



tantum reddituum possideat, quantum illorum ad Dignitatem tuendam sufficit. Quod si in *immediatam* Vasallus dimittatur, (idem dices, si immediato sed nec dum Statui investitura illa fiat, aut in eum plene alodii jure Superioritas ista alienetur;) tum quidem iterum Superioritatem non veram, sed assimilata jura, neque hac actu sed potentia consequitur: quousque in Statum, si bona tanti sint, receptus fuerit. Quod si *aliqua* ei jura contulisset, quamvis eximia, tunc immediatus liberè & ut potuit directus Dominus, iisdem uti valet; tantum quod ab hoc sub Feudi jure recognoscantur: adeoque status regionis illius *mixtus* erit, in quo Domini directi jura digniora haberi debent, quoniam iis vi Superioritatis utitur; Vasalli verò jura ob hoc digniora esse possunt, si potiora habeat. Veram autem Superioritatem consequitur is, qui cum *Status* Imperii jam est, ab alio, velut Electore, Principe, Superioritatem, quam hic tenet à Cæsare, in subfeudum accipit: quam in rem uti possumus formulam illam: *allerdings wie das Lehen vom Reich ergangen ist. Vietor concl. 28. d. Exemption.* Et hætenus ipsum territorium recognitionem immediatè sub & in Imperio manet, etiam in personam illud ab intermedio Principe recognoscentis: (Aliiter Schütz. *vol. 1. D. 6. tb. 10. a.*) neque enim Domus *Hasfiaca* Comites *Waldecenses* tam ex mediata Feudi recognitione, quam potius ex aliis capitibus Landsassios suos esse asserit. Planè *extero* qui Imperio non obstringitur, Feudum subinfeudare non licet. *v. II. F. 34. §. similiter. 2. Vultej. I. Feud. 10. n. 144.* Potest etiam

*Cæsari*



*Cæsari offerri Superioritas*, quam quis ab ipsò jam tenebat jure allodii, & sub universali Imperii Dominio: ut posthàc Feudi etiam leges subeat in tenendo, disponendo, amittendo: adeò ut cùm antea nulli oneri investituræ & similibus subjaceret, ac in quemlibet intrà Imperium liberè alienari potuerit: nunc & peculiari præstatione recognosci debeat, & Imperio, nisi Feudum absolute hereditarium fuerit, expirantibus descendentibus, aperiat. Quin & *regalia* subinde in Feudum alii offeruntur, hoc est, jura illa quæ primò & ex se Superioritatem non constituunt. Nec minùs quis *Superioritatem*, quam jam habet sub Imperio, recognoscere potest in Feudum à *Statu* alio, qui & ipse in terris suis Superioritate gaudet, atque dehinc Superioritatem sibi oblatam immediatè à Cæsare recogniturus est; *exteris* ita offerri nequit: nam hoc adversum foret Imperii Legibus, vel saltim non foret eis consentaneum: quæ nequidem, ut quis exteri Regis protectionem subeat, permittunt, adeoque nec ut quis eundem in Feudi Dominum recipiat; utcunque aliàs per Feudi recognitionem ipse Vasallus Imperio non eximeretur, puta si tantùm offerret in Feudum Terras suas aut Superioritatem terrarum: siquidem per hoc non subjicit semet aut terras suas imperio, sed has tantùm Dominio Domini directi, (secùs si oblatio fieret Cæsari, quippe à quo nemo ut Vasallus pendere potest in Imperio, ut non simul etiam conditionem subditi contrahat: ) Etenim *Dominium* directum, licèt Superioritatis fuerit, tamen hætenus vulgare & *rerum* est, quod imperium.



in personam Vasalli non attinet. *Surd. Dec. 288. n. 19. seq.* Neque tamen Superioritatem quis protinus recognovisse ab alio censetur, qui simpliciter ab eo *terras* in Feudum recipit. *Menoch. 3. praesumpt. 98.* Status quoque Imperii esse non potest, nisi qui ratione personæ suæ *immediatè* Imperio subjicitur: (idque regulariter, ) etsi rem Feudi jure ab alio teneat, quam si teneret ut mediatus, jam bona *immediata* eo ipsò non haberet; quæ tamen nunc quidem, ut quis in conditionem Status adoptari possit, exiguntur. Sicut verò Dominus infeudandò cuidam terras aliquas, Superioritatem à se abdicasse non censetur. *Klok. 1. conf. 13. n. 2. 2.* nec tamen, quando *inter Pares* alienatio fit castri cujusdam cum jurisdictione, retenta à parte alienantis videri potest jurisdictio: *Pacian. Lib. 2. d. Probat. c. 43. n. 26.* Ita qui ecclesiæ terram donat, Superioritatem non putatur reservasse, nisi donans Imperator seu supremus Dominus fuerit. Referens *ap. Deckherr. Relat. Cam. 10. n. 60.* Quod verò diximus, Vasallum, v. c. Comitem Imperii immediatum, qui Constatui suo, ut Electori, *Superioritatem* cum innexis Regalibus *in Feudum offert*, cujus rei plura exempla adducere possemus, per hoc nec ipsum subjici Electori, nec terras ejus & ipsarum regimen, quæ imperium & exercitium Superioritatis illius attinet: illud non modò ipsò usu sic servari novi; sed & rationibus validis, quò minùs aliter fieri possit, comprobare licet: Nam Superioritas quidem, si quæ Elector valet in aliquem, hunc ejus facit subditum; sed non dominium directum Superioritatis:  
nempe



nempe Dominus directus habet immedietatem territorii directò, Vasallus utiliter; hoc verò non subest ne quidem illi dominio, nisi in recognoscendo: quod non facit subjectionem, eò quòd facultates illæ duæ, directi domini & utilis, unum conficiant Dominium plenum, cujus sunt potentia. Superioritatis non datur Superioritas, ut est quoque *ap. Klockium cons. 3. qu. 2. post. Tract. de Contrib. p. 51. a.* Sed immedietatem personæ Vasallus iste à Majoribus habet, & per observantiam Imperii: quæ innumeri sunt, qui nil ab Imperio recognoscunt, omnia à Constatibus, & tamen ipsi Statûs sunt; licet etiam Superioritatem aut regalia à Cæsare non suscipiant. Fit nimirum Electoris ejusmodi dominium directum, quoad terras recognitas seu jura terrarum, (quæ tamen duo differunt,) utile, vel saltim ei Dominio assimilatur. Cùm enim Cæsar Superioritatis capax non sit, sed Majestate omnia teneat: inde ne quidem ipse Dominium directum Superioritatis formaliter habeat, utut habeat Dominium directum terrarum à se recognitarum. Quòd si verò Princeps quidam Superioritate quem infeudat, hunc illius utilem reddit Dominium; se respectu hujus directum, qui utilis fuerat intuitu Cæsaris. Vasallus autem Comes Electoris non fit mediatus, quod nomen subditorum est, non Vasallorum; nec Dominium directum infert subjectionem: ceu vicissim Dominus & Vasallus aliàs etiam uterque Superioritati Territoriali alterius subjecti esse possunt. Interim subvasallus Dominum proximum immediatè recognoscit, &



ab eo investitur, non à Cæsare, cujus nec *mutationem* respicit; Cæsari tamen omni tempore immediatè subiectus manet: quippe quòd per subinfeudationem Electoris aut infeudationem non ordinaria & universalis iurisdictione in Vasallum, terrasque ejus, sed feudalis tantùm atque limitata constituatur. *v. Sixtin. I. d. re-gal. c. 4. n. 67. seq. & c. fin. n. 39. seqq.* Inde quòd Vasallus ejusmodi possit Cæsareæ Majestati homagio obstringi, si ita Cæsar velit, nullum est dubium, & jam citrà illud ei immediatè subditus est. Nam oblatio Feudi creditur facta salvâ Dignitate & statu offerentis; licèt hunc in consequentiam terrarum nactus esset: atque Feudum unicè Dominium rerum infert, non *persona*: & hujus quidem *obligationem*, quæ ex jure rerum pendet; sed non potestatem, quæ conditionem personæ statumque ejus afficiat. Imò si oblatio subditum faceret, non posset Vasallus dehinc exercere liberò jure Dominium utile Superioritatis, seu Superioritatem, cujus utile Dominium tenet. Utrique à Cæsare Statûs Superioritatem non modò ut Feudi Domino, verùm etiam ut Cæsare & Imperante, adeoque cum subiectione personæ suæ, recipere solent; & tamen Superioritate illâ in Terris suis magnâ libertate utuntur: multò magis *utentur Superioritate* ab eò recognitâ, cui nullatenus subiecti sunt, *libertate* multò majori & nullâ subiectionis dependentiâ: sicut videmus *Duces Württembergia* post Transactionem quoque Cadaviensem, (*ap. Hortled. L. III. d. C. B. G. c. 13.*) quâ dehinc Ducatum suum ab Archi-Ducibus Austriæ



Austriæ in Feudum recognoverant, (quæ tamen recognitio simplici investiturâ & fide, servatim interim & debitis abhinc omnibus Imperio, ut aute investituram, perficiebatur:) in eâdem Superioritate, ut antea, liberò jure, & cum conditione sublimi Statûs, usos fuisse. Quid quòd Superioritas quid *personalitatis* habere videatur, quâ quis in regimine terrarum, ob rationis omnimodæ redditionem, (ampliùs etiam quàm *terrarum jacturâ*, ut in Feudis nudis, luendam,) Cæsari immediatè subest. Differunt utique habere *Superioritatem super aliquem*, habere *eam super ejus territorium*, habere tantùm *super ejus territorio Dominium directum Superioritatis*, & habere *Dominium directum terrarum* alicujus. Quin & Rex esse potest plenâ Majestate, qui Regnum suum in Feudum tenet ab alio, & imò si ita loqui fas est, qui *Dominium utile Majestatis* habet: neque enim nexûs feudalis personam subjicit, statumque ejus imminuere potest. Et quis credere posset, *personam* suam omnimodò, (quod subditorum est,) aut aliquâ ratione subjecisse Constatui, eum, qui Superioritatem ejusque facultates, ut sunt directum & utile ejus dominium, cum ipso dividit. *Jurium realium* transit Dominium directum, nullum est Dominium directum *Immedietatis* aut *Statûs*: nam istud rerum, hoc personarum est; quicquid sit, quòd immedietatis rationem à bonis pendere dicant: nam & immedietas personarum est plurium, qui bona non habent, & immediatorum bonorum, saltim hodiè, possessio solùm est conditio sine quâ ad *Qualitatem Statûs*,



Statûs, quæ per se personalis est, adspirare non licet: eò quòd fulciri dignitas illa, & quæ exinde Imperio debentur aliter ferè præstari non possint. *Capitul. Ferd. IV. art. 45.* Quòd si etiam Dominus Feudi in Vasallum suum (nec tamen in personam illius, ) *imperium* accipit, illud omne non respectum Statûs aut conditionis, sed tantùm *rei* Feudalis habet, quâ talis est, ad causas Feudales tum conventionem tum Lege adstrictum, ( *v. Diss. d. Relig. Obseq. th. 27.* ) nequaquam plenum: nec inde ne quidem jurisdictio ordinaria est, sive in Vasallum, sive terras & subditos ejus; & sive sacra sive profana, sive civilia sive criminalia consideres: indeque terræ adhuc immediatæ censentur, ( quæ ob hoc ipsum conditionem Statûs sustentare queant, ) nec nisi quâ contractum Feudalem, modò restrictò, ad Dominum referuntur. Differunt Superioritatem oblatam recipere, ut solùm Dominium directum *ap. Dominum* relinquatur, & Superioritatem alteri dimittere: ( quin imò etiam sic non nisi Superioritas in terras dimissa videri posset: ) nec posset Vasallus subesse Superioritati, quâ ipse quâ Dominium utile retinet, adeoque sibi ipsi subesse non potest. Manet etiam sub Imperio immediatè Vasallus, manet imò Dominium ejus utile sub Imperio, ( licèt recognoscatur à Domino directo, ) juxta Dominium illud directum, tanquam partes duæ totius potestativi. Inde rectè concluditur, quòd *subditi Vasalli* non sint subditi Domini directi. *Besold. cons. 233. n. 76.* Neque etiam Dominus directus Vasallum impedire potest *in exercitio jurium* vel utili Dominio, multoque



toque minùs in *juribus*; quæ *ex conditione Statùs* pendent, quin & onera Imperio subvasallus immediatè præstat regulariter; sicuti non modò in oblatis Feudis pluribus observamus, sed & in pactitiis, olim *Würtembergie* Ducatu, & aliis. vid. *Prager Frieden-Schluss* de anno 1635. §. 17. Utrique *appellari* non debet à Vasallo ad Dominum directum, quoniam jurisdictio Domini directi non concernit subditos, sed tantùm Vasallum quâ talis est. Potentius longè est Dominium utile in exercitiò, quàm directum, & ad instar ususfructûs se habet; imò validius est. *II. F. 23. in fin.* Apertò Feudò Dominus directus idem ceu immediatum retinet, nec fit mediatum, quod nec antea fuerat, adeoque Dominus illud dehinc à Cæsare & Imperio irrestrictò & plenò Dominiò habebit; saltem quòd in Feudum specialiter illud recognoscere non teneatur.

Per *successionem* verò in Superioritatem alterius unà etiam *Dignitatem* ei annexam quis consequitur, & ex Comite in Ducem v. gr. evadit. v. *Bocer. d. qualit. & diff. Feud. c. 3. n. 19.* ubi de successione in Ducatum *Würtembergicum*: adde quoque *Sixtinum I. de Regalib. c. 4. n. 56. seqq.* ubi quâ ratione *Dignitas Feudo innexa* ad investitum à Principe Imperii transeat, nec eò minùs *Cæsari* debeatur. Quanquam traditiones hæc *Boceri & Sixtini* non agnoverim, si non Cæsar intuitu regionis, velut Ducatûs, successorem in Ducem declaraverit: neque etiam is, qui Comitatum ab alio accipit, quàm Cæsare, per hoc Comes fit; sed si à Cæsare

H

CUM



cum illo Comitatu fuerit investitus; aut à Cæsare Dignitatem Comitis, respectu illius Comitatus, quem ab Imperii statu aliquo in Feudum tenet, obtinuerit. Sed si Feudum quoddam recognoscat Princeps v. c. ab Episcopo simpliciter, non quâ Jura Superioritatis, dum his quidem vi Statûs in terris Feudalibus utitur: ita verò si Princeps habeat successorem in allodio, qui non habebat talem in Feudo; hæres allodialis, dummodò capax sit Superioritatis, hanc etiam porrò in Feudo aperto exercebit. Ast si hærede omni destitutus sit Princeps: ita Dominus directus in Feudo aperto Superioritate uti poterit, quamvis Vasallus eam ab ipso non recognovisset. Sed & quando Feuda Nobilium immediatorum, quæ extrâ terras Saxonicas sita sunt, aperiantur Ducibus, hi deinceps in illis Superioritate utuntur, quam Vasalli non habuere; quam Nobilium Corpus posthâc etiam Steuras & Militaria, ut antea, ex Feudis illis prætere soleat. Invasio Territorii alieni Superioritatis successionem non juris sed facti producit. Gail. 1. Obs. 70. n. 28.

Habent Superioritatem Territorialem Statûs quoque Ecclesiastici: ad quos non vult inferri Pallavicinus Lib. XXIII. Histor. Concil. Trident. c. X. n. 7. à discipulis Christi, à quibus ille potestatem secularem amotam voluit: postulare aliud seculum nostrum, legemque illam non nisi ad tempus datam esse. Videlicet, quod apud Marianam est, Lib. III. de Rege & Regis institut. c. 2. p. 224. non potest iisdem mediis conservari Ecclesia, quibus crevit à primordio. Utique terræ ipso-



ipforum feuda sunt & bona Imperii; saltim *Superiori-*  
*tatis jura* Imperio debent: Goedd. IV. *Conf. Marpurg.*  
 illo 44. ac eidem subditi sunt. Schütz. *vol. 1. Jur. Publ.*  
*Disp. 6. tb. 11.* Quamvis etiam ad gubernacula tran-  
 seant electione, postulatione, confirmatione *Pontifi-*  
*cis*; tamen hactenus cum secularibus quoad *Superiori-*  
*tatis jura* ad paria habentur. Neque nudos *Superiori-*  
*tatis usufructuarios*, cum Mingo *tb. 32. d. Jurisdic.*  
*Imp.*, dixeris. Utique *Domini* sunt; nec modus, sive  
 gubernandi terras, sive transmittendi jura in successu-  
 ros, rem ipsam minuit. Sed & *Capitulum* vacante  
 sede *Superioritatem* exercet: nec procedere potest  
 simpliciter, quod habetur in *preliminaribus Assertio-*  
*nibus der Churf. Trierischen Manutenez, Assert. 5. n. 4.*  
 daß ein Dohm-Capitul sede vacante, die Chur-Lands-  
 Fürstl. Obrigkeitliche Hoheit und derselben zu- und  
 angehörige Actus nicht über noch derselben sich gebrau-  
 che: vid. potius *c. 3. de supplend. neglig. Pralat. in 6. c. 11.*  
*X. de Majorit. & Obed.* quicquid sit, quod *Capitulum* pro  
 more regionis ad *Provinciales Statûs* respicere debeat.

Quamquam verò is qui *Status Imperii* est, licet  
*fœmina* fuerit, (imperitè *Superioritatem* huic negan-  
 te Mingo, *d. l. tb. 49. \**) capax eò ipso sit *Superiori-*

H 2

tatis

\* Cùm non modò *primævâ constitutione*, verùm etiam  
 per *successionem*, ex consuetudine vel pacto, cujus  
 rei exemplum est in *Feudis & Comitibus promi-*  
*scuis*, qualis est *Saynensis*, nec non in *Comitibus de*  
*Steinfurt* apud *Spangenberg. Lib. X. c. 15. des Adel-*  
*Spiegels* / occurrit, eâ gaudere possint.



tatis territorialis; tamen non protinùs eam actu habet, cum & per se Dignitas personæ sit Statum esse, quæ proinde, terris etiam amissis, sequiori fortunâ, tolli non potest, in eò qui semel ad eam conditionem pervenit. Sanè hodiènum in Sueviâ Prælati atque Monasteria eximia sunt, quibus *Statûs Imperii* conditio, sed non etiam *Superioritatis* jura competunt: quippe quòd initiò merum mixtumque Imperium cum cæteris, quæ secularis maximè potestatis sunt, citiùs Principes seculares, & dehinc Ecclesiastici, cum Civitatibus, quàm Prælati & Monasteria, attrectaverint. Quapropter *Origo Statûs*, cum primis in antiquis, & possessio immemorialis attendenda est, quamvis Superioritate deficient. Sic enim de *Abbatissa Principe Bucoviensi* adducunt, quòd ejusdem bona & homines subsint *denen Inhabern Mittelbiberachs* / tanquam Dominis territorii. *Meichsn. Tom. II. Lib. IV. Dec. 23. fol. 650. seqq.* Similiter *Abbatem S. Galli, Lindawienste Monasterium, S. Emerani*, tum & *Superius & inferius Ratisbonæ*, non pollere Superioritate; quâ tantùm gaudent *urbes*, in quibus sita sunt. v. *Author der Lindawischen Ausföhrung. p. 54. seqq. 286. 293. & 621.*

De *Apanagiatis*, qui terras possident, cum disquiritur, an in his Superioritatem habeant? cavendum est, ne id nominis promiscuè tribuatur his, qui in familiâ suâ vel seniori vel capiti lineæ quid præcipui *deferunt*; haudquaquam Terris illius, & ut earum Regimini subsint, *incorporati*. Idemque de relato *Primogenitura* observari debet: quanquam primò vel secundò

dò



do loco genitum esse nil quicquam inferat præjudi-  
 cii, sed per se naturæ ordinem indicet ; *apanagii* au-  
 tem vox magni utique præjudicii habenda sit, eò quòd  
 civilem respectum habeat. Quis enim Apanagiatos si-  
 nè crimine diceret Marchiones Brandenburgicos, eò  
 quòd in Electorali illà Domò Primogenitus tantum  
 Electoratum, & terras eò destinatas, consequatur. Sed  
 apanagiati licèt terras consequantur, quod in Germa-  
 nià, cum primis ubi secundogeniti ad Matrimonia  
 transeunt, fieri solet ; tamen Superioritatem in illis sibi  
 reservat Primogenitus : quoniam solùm in redituum  
 vicem terræ illæ apud secundogenitos sunt ; adeoque  
 habent tantum Deputata, aber keine Landes-Portionen/  
 cum quibus à Cæsare mit der Landes-Hoheit / ùt Princi-  
 pes & Statùs Imperii, ( so mit ordentlicher freyer Stimm  
 und Stand im Reich bekleidet / ) actu secundò tales,  
 und als regierende / von niemand / als Gott und dem  
 Kaiser / dependirende Herrn / Ihrer Landestheile / in-  
 vestiantur. Nam & Agnati Statùs, quamvis *votum* unum  
 vel alterum Comitiale *in communiõne* habeant, tamen  
 non modò qui inter ipsos urbem quandam aut ca-  
 strum possidet, à quo votum Imperiale denominatur,  
 sed & cæteri, qui ex voto illo participiant, & regio-  
 num illarum partem, cum omni jure Superioritatis,  
 ipsò actu tenent, pro Superioribus terrarum suarum  
 Dominis meritò habendi sunt. Porro etiam hi  
 Superioritate territoriali gaudent, qui cum ipsi terras  
 suas plenò jure, auch gegen das Reich / nec adeò so-  
 lum quoad subditos suos, in divisione terrarum acce-



perint, *Seniori Fratri*, commodioris usûs causâ, *exercitium voti sui & sessionis*, cum juribus annexis, in Imperiô, committunt, ut illud suô, & vigore *commissionis perpetua*, suorum Agnatorum vel Fratrum nomine, subeat. Et hi in *denen Land*, *Sachen* à nemine dependent, sed subditi ipsorum certâ ratione ad Regimen Provinciarum, cui consiliarii ipsis additi intersunt, atque causæ ad subditos suos pertinentes ipsorum Principum nomine & authoritate expediuntur, recurrere possunt; saltem quòd ratione Jurium Belli & Pacis, quæ *Potentatûs* appellare solemus, & adversus externos magis propriè exercentur, aliquando in communiione subsistant, nonnunquam verò certis conventionibus *Seniori familiae* liberius exercitium eorundem relinquunt. Est quoque in *Domo Anbaltinâ* singularis forma Regiminis terrarum, inter *Sereniss. Fratres Zervestanos*, constituta, quæ nec *Primogenituram* nec *Senioratum* per omnia præfert. De quibus *Superioritatis* exercendæ modis, quales plerumque non modò in terris Principum Protestantium, sed & Catholicorum, quando ambitus terrarum is non esse videtur, ut quilibet Agnatorum Regimen divisum & separatum à cæteris teneat, suscipiuntur, accuratius ex ipsis conventionum tabulis & observantiâ familiarum judicare licet. Reperias enim ipsos quoque Agnatos, qui super regimine Provinciarum certis pactis convenerunt, eorumve posteros subinde de sensu verò & intellectu pactorum disceptare. Nam ita typis jam divulgatum est, *Serenissimos Duces Saxoniae Lineæ*

Alber-



*Albertina*, quæ nunc *Electorum* tenet, præter *Electo-*  
*rem* reliquos, ab hoc pro Superioribus per omnia terra-  
rum ipsis competentium Dominis, & qui actu ipso Statu-  
um jure gaudeant, haberi non velle, sibi que *Electorem*  
*Primogenituram* inter Principes suæ lineæ exactè dictam,  
nicht nur über die *Chur* sondern auch die übrige Lan-  
de der *Chur* Linie / als des corporis uniti allgemeiner  
Landes-Herr /asserere: die Herrn *Bettern* *Albertini-*  
*scher* Linie hätten in denen *Erbländen* der *Chur-Li-*  
*nie* einzelne / der *Chur* formaliter, nebst denen übrigen  
*Landen* / (weswegen auch im Reich nur ein *Votum* ge-  
führt werde /) längst incorporirte / und in sich selbst  
keinen freyen *Statum separatum ac publicum* formiren-  
de *Uempter*: welche noch hier über mit gewissen restri-  
ctionibus übergeben worden / und durch die bekandte  
hohe *Reservata* dem *Chur-Fürstenthumb* / und dem  
corpori universo, einverleibt geblieben / und nie nicht  
excorporire worden / noch in *statum separatum* gesetzt;  
hergegen die Herrn *Bettern* nebst der proprietät und  
völligem *patrimonial* Genuß / gewisse unter dem  
*Chur-Fürstl. Appellations-Gericht* beschlossene *Re-*  
*gierungen* / und andere unterschiedene *Actus*, per ex-  
ceptionem à regula, wie es in dem mit *Hn. Herzog Jo-*  
*hann Adolphs* zu *Sachs. Weissenfels* Durchl. verneu-  
erte Vergleich / nach dem Inhalt des brüderl. Haupt-  
*Recesses* / specificè exprimirt zu sehen gelassen worden:  
nec præjudicare *Domui* posse, quòd aliqui *Electores*  
quædam indulserint aliquibus *Agnatis* aliquò tempore.  
Verùm huic pactorum expositioni, & assertis *Electora-*  
libus,



libus, in Aulâ Cæsaris & per Imperium, Agnati seriò contradicunt, illisque alia omnia, (cumprimis quòd Electoris jura reservata concurrenter cum ipsorum Ducum juribus territorialibus, idque non nisi per conventionem, & quidem solùm in terras & subditos illorum, salvâ ipsorum quoad personas non modò Statûs, sed & jurium suorum territorialium immedietate: ) opponunt ; ceu ex scriptis publicis manifestum est. Quid verò de *Silesiæ Principibus* ? Zieglerus *ad Prax. Calvol. in §. Landsassii. n. 222. seqq.* illis in subditos suos Superioritatem territorialem tribuit. At verò cum bona sua non immediatè à Cæsare & Imperio agnoscant, indeque nec Statûs jura habeant, non veram Superioritatem & Germaniæ Statibus propriam, sed similem tantùm, ut cæteri *Status Silesiæ*, habebunt, quæ Regno *Bohemia* non feudi tantùm lege, sed ut *pars integrans* homagiali jure subsit. Neque enim huc pertinet, quòd *Dignitatem* suam habeant à Cæsare; qualem multi habent Principes, personalem scilicet, territoriò destituti & conditione Statûs: quâ rat. neque *Reichs - Fürsten* protinus habent territorium, licèt terras habere possint, ut *Appanagiati*; neque *Principes Italia*, qui ad Germaniæ Regnum non pertinent; neque ipse *Rex Bohemia*, licèt Regnum ejus membrum Germaniæ sit, atque is Imperio homagiali vinculo teneatur: ceu nec *Majestatis* potestatem veram, seu independentem, utut *Dignitatem Regiam*, habeat. Vicissim habere possunt Superioritatem territorialem, die *Landeshobe Obrigkeit* / qui *Dignitatem*  
perfo-



*personalem* non habent, modò conditionem *Status* habeant, (quæ non præcisè personalis est, licèt personarum sit, saltem in corpore seu universitatis,) ut ab antiquo *Civitates Imperiales*: (quarum multæ integros Comitatus tenent & Baronatus, ut Norimberga, Ulma, Halla Suevorum, Tremonia: &c.) quod & novæ tabulæ loquuntur. Instr. Pac. Art. V. §. 11. pr. & Art. VIII. §. tam in universalibus. ibi: cum omnimodâ jurisdictione intrâ muros & in territorio. Quicquid antehac in contrarium molitus fuerit *Knichenius*, quem inter alios quoque *Rosenthal. c. V. d. Feudis, concl. 13.* secutus est. Neque enim Civitatibus Imperialibus Superioritas solùm ex concessione peculiari seu privilegiatâ, aut solò usu immemoriali, sed cum fundamento in re, & quòd conditionem Status habeant, adeoque plenè, propriè & realiter competit: quam & cives illarum nexu subjectionis omnimodæ agnoscunt. Est quoque vana quorundam traditio, quasi terra illis non sit concessa cum jure territorii, sed territorium in terram, quam habuerint; licèt hoc rem ipsam non subvertat. Utique terram non magis habuere quàm cæteri, neque Superioritatis jura demum cum conditione Status acceperunt, sed similibus modis & accessionibus, ut Principes & Status reliqui. De *Civitatibus* quas *mixtas* vocant, suò locò dicetur: quòd si quæ daretur *immediata* Civitas, sessione & suffragio in Comitibus destituta, non posset dici jus Superioritatis habere, sed jurisdictionem liberam, ei similem. Non statim qualiscunque rei immediata possessio,



ho, quamvis terræ amplæ fuerit, Jus Territorii con-  
 fert; (quod malè cum pluribus opinatus est Schützius  
*vol. 1. Diss. 6. tb. 10. Jur. Publ. Lit. f. g. b.* qui non mi-  
 nùs etiam Superioritatem *Collegiis quibusdam Canoni-*  
*corum, Commendatoribus* nonnullis, & aliis qui ter-  
 ras immediatas habent, immeritò largitur.) Sed si  
 cum illò axioma in complexu vel universitate, à  
 Cæsare in Feudum concedatur, aut bonis illis Superio-  
 ritas & effectus ejus tanquam jus reale jam inhæreant.  
 Inde *Nobiles* quoque *immediati* Juribus quidem exi-  
 miis, *mit Regalien und Obrigkeiten* / (*art. 3. Capitul.*  
*Leopold.*) ab antiquo instructi fuère; sed hæc ap. ipsos,  
 postquam Superioritas nomen plenum & formale,  
 quodque ex virtute territorii cognosceretur, fortita  
 est, ad eam vim & virtutem nec dum exaltata sunt:  
 nec usquam illis Jus Superioritatis aut *jus territorii*,  
 quæ ad idem recidunt, (*v. Art V. Instr. Pac. §. 14. n. 42.*)  
 in Legibus Imperii tribui reperias. Videlicet ex pri-  
 vilegio, seu expressâ concessione, (quæ singula jura  
 exprimit, universitatem Superioritatis non loquitur,)  
 tum & ex observantiâ & usu, quem actus modusve eo-  
 rum restringit, ex conventionem quoque cum Imperio  
 seu Pacis Tabulis, jura illa, etiam *Ecclesiastica* & Epi-  
 scopalia, (quæ vel maximè ante hanc concessionem  
 usurpare, tanquam territorio destituti, non pote-  
 rant,) proficiscuntur; nec virtute territorii insitâ, ut  
 hæc pollent Statûs Imperii, ampliari possunt. Tandem  
 qui in Imperio *terras oppignoratas* possident, *die Ein-*  
*haber der Reichs-Pfandschaften* / illi Superioritatem,  
 modò



modò hæc in pignore & ipsa contineatur, ejusque jura habent. v. Instr. Pac. Art. V. §. 9. in fin. Etenim hæc Germanico jure obtinuit, ut possideri diceretur jure pignoris, quod sub pacto *retrovenditionis* emptum fuerat: v. Coler. *conf.* 27. *seqq.* vel ut censetur per hæc pignora Dominium translatum esse; sicut olim ap. Romanos, quoties per mancipationem contractâ *fiduciâ* pignus in creditorem transferebatur. *add.* Diff. d. *Pelig. Obseq. r. b. u.* Possidere autem & exercere potest Superioritatem territorialem etiam *mediatus*, quâ territorium concedentis, non quâ Imperium, adeoque non vi juris in re seu ut Status, (nec jus proprium, licet jure proprio,) verum ex conventionione & privilegio. Knichen. P. 2. d. *Vestitur. Pact. c. 1.* Rosenth. c. VIII. d. *Feud. conclus. 8.* Similiter quis *mediatus* vel *immediatus* non Status *Comitatum* ejusque jura *possidere* potest, ein *Einhaber der Graffschafft* & imò *statum* alicubi sustinere *in Circulo*; nec tamen inde Superioritatem habet, licet annexa fuerit antea regioni illi Dignitas *Comitis & Imperii Status*. Aliter in *Comite Statu Imperii*, qui *Comitatum* suum in Feudum Principi offert, & eundem ab illo recipit: nam hunc Superioritate etiam imposterum gaudere, quam antè tenuit & cujus capax fuerat, rationis est.

Commodum nunc est, ut quâ ratione PROBARI seu evinci possit Superioritas Territorialis, exploremus. Et sicuti Superioritatem inter cætera arguit, quando alicui terra seu regio quædam concessa sit, mit aller Zugehör. Klock *conf.* 3. qu. 2. *post tract. d.*



*Contribut. p. 46. a.* ut tamen tertii cujusd. investitura, adversario nostro mit der Hoheit facta, præjudicare nobis non possit. *Ibid. p. 60.* ita nec investitus mit Leuten/ Gericht und Herrlichkeit/ plus sibi potest asserere, quàm altam & bassam jurisdictionem. *p. 57. b.* neque Herrschafft/ si quis eam habere dicitur, ad Superioritatem territorialem quid facit. *p. 59. b.* Qui verò universalitatem jurium pro se habet, illi Superioritas meritò tribuitur: estque plurimum situm in exercitio jurium, ut si alter tantùm aliqua & definita jura exercuerit, & nos omnia reliqua indefinite, pro nobis arguatur Superioritas: non minùs si nostra sint non tantùm majora, sed & urgentia; istius æquivoca, & quæ competere etiam jure regalium citrà Superioritatem possent. Sicuti enim definita & expressa jura alterius, universalitatem & complexum jurium non inferunt; imò hoc ipso apparet, complexum illi non competere: ita nos possumus Imperium nostrum extendere, virtute totius illius potestativi, ad præstationes omnes subjectarum personarum & rerum, ut & jura ab isto non exercita. Videlicet nos hâc ratione intentionem fundatam habemus pro omnibus juribus non exceptis. *Besold. conf. 233. qu. 1.* quippe quòd exceptio firmet regulam in casibus non exceptis. *Klock. d. qu. 2. p. 46. a.* exceptionem verò seu jura exempta alterum probare oporteat. *d. Qu. 2. per tot.* Planè exercitium & possessionem jurium territorialium, de quâ *v. Knichen. c. 3. d. sublim. Terr. jur. n. 151. seqq.* ex natura & qualitate interiori probè discernere oportet: nam sæpiùs officiales,

les,



les, cum primis potentiorum, ad se latenter trahunt jura vicinorum, indeque ad antiquiorem & titulata[m] investiturâ, successione, & similibus, possessionem respiciendum est: (Klock. *d. qu. 2. p. 46. b. p. 57. seqq.*) neque tam ad actus, sed & causam actuum, quippe quæ antiquioribus etiam actibus præponderat. Meichsner. *T. 1. L. 1. Decis. Cam. 7. n. 8. Knichen. c. 5. d. Tr. n. 106.* Equidem per *unius* etiam *actûs* exercitium jurisdictionis formatæ seu universalis, territorii totius possessio acquiritur. Klock. *d. l. p. 52.* & Tabor. *c. IX. d. Metat. §. 3.* ubi non minùs unicò actu induci quasi possessionem juris scribit, præsuppositâ Superioritate & exclusis possessionis vitiis; item per actûs conjunctos, ut à *Folge ad Musterung* argumentum fieri in suo: in alienò difficilior. *add. Knichen. c. 3. p. tot. ubi n. 157.* quòd in singulis speciebus seu juribus ad possessionem Superioritatis unus actus quietus nec vitiosus sufficiat. De Superioritate *DIVISA* superiùs, quando nim. unus habet jus quoddam, vel plura etiam, quæ non possunt nisi in suo competere independenter, ab alterius Superioritate, in eodem territorio; adeò ut si vel unum eorum quis teneat, de Superioritate, nisi alia repugnent, participare dici possit. (Nam ita videas alicubi *Comites* quoque *Landgraves* homagia recipere, Collegia *Dicasteriorum*, *Consistoriorum*, *Camera*, ad speciem sublimem habere, Ordinationes in *Secularibus* & *Ecclesiasticis* condere, *Visitationes* instituire, &c. nec tamen nisi jure à Principe territorii, sive *expressè* sive *tacitè*, & ob regalem usurpantium *Dignitatem*,



tatem, ut & amplitudinem terræ recognitæ, vel maximè ab antiquo, ubi nec dum ea satis perquirebantur, benigniùs admissò, atque hinc alienò, & ad instituta Domini territorii formandò.) Pleraque verò jura imperii ambigua sunt, vel quòd *precisè* à Superioritate non procedant, veluti *Reformatio Religionis*, quæ ab imperio *immediato Nobilium* quoque pendere potest; quanquam quæ in his jura sunt eximia, in Statibus nomen territorialium habeant: vel quòd *mediatis* quoque convenire possint, (hactenus enim Superioritatis exactè non sunt, nec incommutabiliter. Carpz. c. 13. d. L. Reg. sect. 2. n. 20. seqq.) ut sunt ipsa Jura *Episcopalia*, quibus gaudere quasd. Civitates Germaniæ mediatas, & si non omnibus, saltem quibusdam, per usum immemoriam, satis notum est: vel quòd immediatis & qui in suo Superioritatem habent, in alieno jure regalium, aut mediatis jure conventionis vel privilegii, saltem ea competant, quorum capaces sunt: quos quidem frustra diceres usum tantum & administrationem jurium illorum habere, (quippe quod rectius dici potest de his, qui utilitatem ejusmodi jurium pro canone tenent, *und ein Bergwerck / Münz und dergleichen / im Bestand haben*;) cum jure quòdam propriò & perpetuò non minùs gaudeant. Atque hinc plura sunt jura in terris exercita, quæ per se Superioritatem non probant, junctim cum aliis probant, ap. Besold. *conf.* 238. n. 20. seqq. id est, postquam constat ex Superioritatis juribus eximiè talibus, quòd quis Superioritatem in eo loco habeat, cætera quoque il-  
lis



lis connexa, vel de quorum acquisitione separatâ sal-  
 tim non constat, hoc ipso Superioritatis habenda sunt.  
 Utique ex *consecrariis* & *externis* Superioritatem com-  
 muniter arguimus, ut sunt *insignia*, *sculptura*, portis,  
 curiæ, monetæ, affixa & insculpta. Heider. in *Deduct.*  
 Lindav. p. 360. (ubi de *Lapidibus terminalibus*, so ein-  
 seitig gesetzt worden.) *preces publicæ* in templo, *Am-  
 pliatio Urbis*, constructio *Palatii*, *Luctus territorialis*,  
*Land- Trauer / Titulatura*, *Landes- Herr* / \* *Nuptia-  
 rum*, *Funerum Domini*, procuratio, *Intrada der Ein-  
 tritt*. Ertl. in *Appar. Ult. Theatr. Sup. Terr.* quò non mi-  
 nus fama, nomen, fines, situs regionis, pertinent.

De *Homagio* admonendum est, quòd illud facile  
 adv. subditos, (v. *Vultej. 3. cons. Marp. ult. n. 42.*) sed  
 adv. Dominos concurrentes non nisi in rigore sum-  
 ptum, Superioritatem Territorialem arguat; id quod  
*Landeshuldigung* appellamus: nec enim aliter proce-  
 dit *Befoldi cons. 238. n. 20.* & *aliorum* indistincta tra-  
 ditio. Etenim *Erbhuldigung* ad *Erb- Herrn* se re-  
 fert, & ad quasdam præstationes patrimoniales respi-  
 cit; quale quid occurrere experti sumus in locis, quo-  
 rum incolæ Principi uni *die Landeshuldigung* / alteri  
*die Erbhuldigung* præstant. Quòd si vero *Erb- Herr*  
 opponitur *dem Lehn- Herrn* / ita Superioritatem no-  
 tat,

\* Sed non vicissim *submissio*, quâ promiscuè, versus  
 Principes & Magnates, uti solemus, *unterthänigst /  
 gehorsamst / gnädigster Herr*. Knipsch. *Lib. I. d. Jur.  
 Civ. Imp. c. 12. n. 83. seq.* *Befold. Th. Pr. voc. gnädige  
 Herrschafft.*



rat, positis terminis habilibus, und einen Lands-Herrn:  
 ita *pl. ap.* Schwanem. *Dec. 1. n. 14. & Dec. 10. n. 31.* Mynf.  
*Decad. II. Conf. 2. n. 4.* & Knichen. *c. 3. d. subl. Territ. jur. n.*  
*250. seqq.* adde Klock. *Relat. 169.* in c. *Mäynß* contra Erf-  
 furth. Nam & nonnullibi subditi & Vasalli Comitū Land-  
 fassiorum Dominis suis jurant, alles was einem getreue-  
 en Lehmann und Unterthanen gegen seinen Lehen-  
 und Erb-Herrn zu thun und zu leisten gebühret. Sed  
*homagium limitatum*, sive ratione objecti sive modi  
 seu conditionis, non protinus Superioritatem tollit.  
 Potest etiam præstari Homagium ei, qui solūm *reser-*  
*vata* jura habet, sive ad *Potentatum* referri solita, si-  
 ve *eximia alia*: & sic non minus quoad cætera homa-  
 gium ei præstari potest, qui reliqua jura tenet. Est  
 quoque ubi Jus sublime & territorii *Superius*, die Ober-  
 Superiorität sive Ober-Territorial Berechtigkeit über  
 alle die Lande / etiam Agnatorum, welche ihre Re-  
 gierungen haben asseritur: & hinc Serenissimus Ele-  
 ctor Saxonæ à Subditis & Vasallis Principatum, ,  
 ad Serenissimos Dnn. Patruos eorumque descendentes  
 spectantium, tanquam membrorum & partium,  
 quæ ex ipsius asserito Terris Electoralibus & hereditariis  
 incorporata sint, vi territorii universalis & Superio-  
 ritatis in corpore unito, & respectu reservatorum  
 sublimium, homagium sibi præstari vult. Quam-  
 vis *v. Apanagiati* in Imperio Principes ab incolis ter-  
 rarum sibi assignatarum, in quos Superioritatis jura  
 non reali sed personali jure exercere solent, homa-  
 gium non exigant; sed hoc ipsum Primogenito præ-  
 stetur.



stetur. Springsfeld *c. XI. d. Apanag. n. 160.* ipsi tamen  
 secundogeniti, quoad personas suas, nemini nisi Deo &  
 Cæsari subsunt: atque hinc quâ tales etiam *Superiori-*  
*tatis capaces* sunt, saltem quòd actu primò jus Statùs  
 habeant; quanquam id plenum perfectum per omnia  
 dicere non audeam. Ex *regalibus* etiam *pluribus* frustra  
 Superioritatem inferas, & qui talia habet, præter ex-  
 pressè concessa vel præscripta nil habet amplius. Ro-  
 senth. *c. 5. d. Feud. concl. 13.* imò ne quidem ab unâ spe-  
 cie seu parte regalis ad alteram licet arguere; sicut in  
 jure cudendi monetam, si argenteam tantum possit: in  
 jure venandi, si inferius tantum habeat: vectigaliū, si tan-  
 tum in ponte, si tantum certò tempore, ut mercatūs, &c.  
 evidens est. Nam illa quidem jura singularia sunt.  
 Meichsn. *Lib. II. Tit. 2. dec. 4. n. 174.* Videas etiam *rega-*  
*lium* nomen sæpius usurpari *von denen nutzbaren Re-*  
*galien* / de quibus tamen *in nachbarlichen Irrungen*  
 magis disceptari, & si modò *Steuer / Zins / Frohnen /*  
*Jagten und dergleichen* / ut & interesse privatorum;  
*wegen Hut und Trift* / in expedito sint, de jurisdictione  
 & similibus facilius transigi. Et tamen his majori-  
 bus si cedamus, sensim quoque utilia subducuntur.  
 Porrò ex *jure statuendi* non infertur Superioritas: est  
 enim ubi etiam Comitibus Landsassis permittitur, ut  
 Ordinationes Politicas, Consistoriales, Cancellariæ  
 condant; ut tamen hoc fiat cum dependentia ad Statu-  
 ta Provincialia & Ordinationes Principis: indeque vim  
 Legis ex supernâ hujus autoritate consequuntur, qui  
 & tollere eas iisque derogare potest. *Affixio* quoque

K

MAN-



*mandatorum* non nisi ea, quæ citrà dependentiam ad Superiorem alium in territorio suscipitur, Superioritatem probat, non quælibet. Est nempe subditus nobis *Magistratus*, quem imperiò adigimus, ut nostra Edicta in suò loco, aut ubi jurisdictione pollet, affigat. *Consistoria* etiam habent ex privilegio vel conventionem Mediatum, sed hæc dependent von denen *Daher-Consistoriis* territorialibus. Habent quoque *jurisdictionem* tam bassam quàm altam, & per hanc in Saxonia *confiscandi jus*, Mediatum: indeque pignorationes quoque jurisdictionem, (& quidem ob lignandi, venandi, pascendi usum, Forestalem,) sed non etiam Territorium inferunt. Potest scilicet aliàs quoque sine territorio esse jurisdicto. *Carpzov. I. Dec. 98. n. 11.* & potest esse territorium sine jurisdictione. *Idem 3. Resp. T. 12. R. 125. n. 9.* Quinimò si vel maximè Princeps etiam subalternus beneficium seu Feudum alicui contulerit, cum omnimodà jurisdictione & omnibus pertinentiis, Superioritatem tamen transtulisse in eund. non censetur. *id. 6. 13. d. Leg. Reg. sect. 3. n. 17.* Quòd si tamen duo vel plures in eà regione quoad juris dicendi potestatem concurrant, & nemo ipsorum inibi Superiorem agnoscat: (quâ ratione jurisdicatio Superioritatem arguit. *Knichen. c. 3. n. 280. seqq. de Jure Territor.*) Ita penes eum residere putatur Superioritas qui jurisdictionem *civilem* habet, (& magis penes quem *voluntaria* consistit,) non penes eum, qui criminali pollet. *Michaël. d. Jurisd. Imp. concl. 56. d. Wehner. voce Bogten. Reinking. I. V. 3. 10. Klock. 1. conf. 34. n. 18. 27. & conf. 3. qu. 2.*



*qu. 2. post Tr. d. Contrib. p. 47. a. junge Acta Homag.*  
*Colon. p. 2. cons. 6. n. 23. item Deduct. in c. der Stadt*  
*Friedberg contra die Burg daselbst / atque istius po-*  
*tius quam hujus insignia muris & turribus affiguntur:*  
*Knipschild. L. 1. d. Jur. Civ. Imp. c. 12. n. 144. Höpping.*  
*c. 13. d. Jur. insign. n. 114. quoniam criminalis jurisdic-*  
*tionem neminem Domino meri Imperii subjicit, nisi cum*  
*peccaverit. Maulius Tit. 1. d. Homag. n. 17. Neque Do-*  
*minus ille, extra casum delicti seu facinoris, insaluta-*  
*ritate Domino civilis jurisdictionis, armata manu terri-*  
*torium, seu tractum jurisdictionis, ingredi potest. Ro-*  
*senthal d. Feud. c. 6. concl. 85. n. 10. Arum. d. Jur. Publ.*  
*Disc. 24. q. 5. Utique die Durchführung der Malefican-*  
*ten multo minus Superioritatem in eo loco arguit. Be-*  
*fold. cons. 238. n. 48. seq. Cæterum licet Appellationem*  
*quoque argumentum Superioritatis conficere statu-*  
*ant. Tb. Michaël. per plures ipsi ap. Klock. 1. cons. 29. n.*  
*55. citatos: add. 3. consil. 181. n. 45. seqq. consil. 3. qu. 2.*  
*post Tract. Klockii de Contrib. p. 51. b. & Befold. d. l. n.*  
*21. Victor. d. Exempt. concl. 36. Reinking. I. 5. 4. 121.*  
 Tamen etiam conventionem seu privilegio aut con-  
 suetudine fieri potest, ut vel ad eum appelletur, qui  
 jurisdictionem Superiorem non habet, ( nisi hactenus  
 ex prorogatione ), aut ut fieri planè ad Principem im-  
 mediatum non soleat, sed ad Cæsarem v. gr. omisso  
 mediò. Klock. cit. cons. 3. qu. 2. p. 52. & ap. eund. Mer-  
 ckelbach. 1. cons. 14. n. 13. 117. 119. seqq. ubi Suecis præju-  
 dicare non posse putat, quòd à Senatu Bremensi ad  
 Cæsarem appellatio fiat. Interim valdè urget pro Su-



Superioritate extrema provocatio. Quid de *sequelâ*?  
 & in specie quidem *der Herrsfolge*. Equidem illis  
 temporibus, ubi nec dum *Steuræ* exigebantur à subdi-  
 tis, Superioritas & Imperium ferè unicè in *sequelâ* illâ,  
 seu ùt nunc pleniùs exprimitur, in jure Belli, constitit.  
 Postquam verò stabilitâ Pace Publicâ, sublatis diffida-  
 tionibus, Imperii Principes & Comites militiam Im-  
 perii & exterorū secuti sunt, ad quam adigi & extrâ ter-  
 ritorii fines, nisi fortè Imperii gratiâ, abduci non potuê-  
 re subditi; verùm conductitiò milite opus fuit: per plu-  
 res sæpè annos parum vel nihil emolumenti ex Supe-  
 rioritate capi potuit. Inde *Steura* seu *Contributiones*,  
 quas exorari initiò oportuit, introductæ fuêre: & ut  
 facilius Provinciales Statûs eò permoverentur, pluri-  
 bus locis præcipuè eorum aut exemptione donati sunt,  
 aut portio quædam illis ex collectis hisce concessa est;  
 sicuti apparet in Prælaturis atque Comitibus nonnullis  
 terrarum Saxonicarum. Et fortassis etiamnum Abba-  
 tes quidam in Franconia, qui Episcopos non solùm pro  
 Ordinariis in Ecclesiasticis, verùm etiam pro Domi-  
 nis Territorii agnoscunt, (ùt in Monasterio Ebracensi,  
 Bildhusano & multis aliis), adhuc dum certam portio-  
 nem ex *Steuris* subditorum suorum, Episcopo penden-  
 dis, participant. Hinc deinde processisse videtur, quòd  
 plerumque *Steuer und Folge* uni Domino junctim de-  
 beantur: quòdque hinc etiam Superioritatem arguere  
 velint, atque extendere non minùs jura illa, partim ad  
 militaria reliqua, partim ad præstationes cæteras pecu-  
 niarias. Nec tamen post formatam & compositam  
 accu-



accuratiùs Superioritatem Territorialem à sequela ad  
*Jus Territorii* inferre licet : tum quòd plures dentur  
 sequelæ species, als *Landsfolge* / quæ latior est, *Heers-*  
*folge* / *Gerichts- Jagtsfolge* : adeò ut ubi simpliciter  
 cuiquam die Folge deberi reperitur, ibi duntaxat auf  
 die *Gerichtsfolge* concludi possit. Wehner. in *Obs.*  
*Pract. p. 110. b. voc. Folge* / tum quòd etiam die *Heers-*  
*Folge* / quamvis impressionem in corpora subditorum  
 inferat, tamen non protinus Superioritatem inducat;  
 quippe quòd etiam *Gerichtsfolge* in corpora valeat :  
 sitque potius respiciendum ad jus in homines per se &  
 semper, non per accidens & pro temporis ratione ex-  
 ercendum : eò quòd die *Landsfolge* in omnibus  
 & per omnia, non ita reliquæ sequelæ species, vale-  
 ant. Multò minus is, de quo constat, quòd sequelam  
 non aliò jure quàm *Regalium* habeat, h. e. in *alieno* ter-  
 ritorio, idem extendere illud potest ad Jura Belli reli-  
 qua, als *Musterung* / *Auswahl* / *Einquartierung* /  
*Kriegs- Contribution*, & similia; nisi quà usu legitime  
 introductum est. Novimus enim die *Heers- Folge*  
 deberi aliquando ab unius Præfecturæ Pagi homini-  
 bus, præprimis qui in finibus suæ Præfecturæ degunt,  
 vicinio districtui, ex conventionem vel usu immemoriali.  
 Quis verò huic præfecturæ, aut si Dominus alius eam  
 per divisionem hæreditariam consequatur, illi Domino  
 seu Principi, sequelam jure subjectionis deberi assereret,  
 si ei nil præter sequelam subditi illius Præfecturæ de-  
 beant. Idem dices de *collectis*, & præcipuè *ordinariis*.  
 Quin & novimus, *extraordinarias* cujusdam loci subdi-



tis injungi ab extraneo Domino, cui nullâ subjectione  
 aliâ tenentur, eò ipsò quò collectat suos subditos: &  
 partem tantùm illarum Domino suo Territoriali, re-  
 quum extraneo solvere. Et tamen *inductio* facilius  
 videbatur Superioritatem inferre posse, quàm colle-  
 ctæ receptio. Hinc collectatio non protinus Superio-  
 ritatem inducit, ut communiter volunt. Wesenb.  
*conf. 45. n. 8. Modest. Pistor. 2. conf. 9. n. 19. Besold.*  
*conf. 238. n. 22. Rosenth. IX. concl. 56. n. 15. Gail. 1. O. 21.*  
 (licet ubi mixta jura sunt, & ex jurisdictione civili Su-  
 perioritatem argui oportet: ibi regulariter eò ipsò jus  
 collectarum habeat, qui jurisdictione pollet. Besold.  
*d. l.*) Imò citius Superioritatem, (cæteris paribus,) **ex subcollectatione der Reichs- Steuern** colligere li-  
 cet. Quamvis enim *exactores* solum videri possint  
 Statûs, & qui suprâ taxam exigere non debeant; ta-  
 men quòd potius subcollectatio illa *vi Superioritatis*  
 competat Statibus, (simili quodam Jure immediatis  
 cæteris,) illud ex Imperii Legibus evidens est. Klock.  
*conf. 3. q. 2. post. Tr. d. Contrib. p. 53. seq. Besold. d. l.*  
 Interea ubi ipsa collectatio tantùm ex Regalium jure  
 cuiquam convenit, ibi nec Superioritatis esse potest  
 subcollectatio. Ulterius, *Foresti jus* citius probat Su-  
 perioritatem, & amplius, *Forestalis jurisdictio*, quàm  
 Venatio; nec tamen probat. *Deduct. Lindav. pag. 118.*  
*Apertura* quoque competere potest jure territorii:  
 Michaël. *d. Jurisd. Terr. tb. 53. b.* sed & potest jure Feu-  
 di: potest ex conventionem, fœdere, usu immemoria-  
 bili. Dantur etiam, quæ *initio Superioritatis non fuere,*  
 sed



sed postmodum à Dominis terrarum inter jura illa  
recepta sunt, ut est jus recipiendii Judæos: præcisè ta-  
men Superioritatis non est; quod *Besoldus* autumat;  
*cit. conf. 238. n. 23.*

Quòd si constet, cuiquam Territoriū jus in eā re-  
gione competere, tunc intentionem fundatam habet  
in personas & res territorio inclusas, was mit denen  
**Landgrängen umschlossen** / *Gylmann. Tom. 2. Sympb.*  
*Part. 1. Vol. 1. n. 70. 113.* (quò pertinet de *limitibus* tra-  
ctatio v. *Knichen. c. 3. d. sublim. Jur. Territ.* ubi ad us-  
que n. 109. latè de probationibus finium: ut & de discrimi-  
ne **der Flur-Gerichts-Jagt-Ampts-Gränze.** \*)  
adeò ut etiam *Monasteria* in territorio videantur de  
territorio esse. *Knipschild. Lib. II. d. Jurib. Civ. Imp.*  
*c. 5. n. 77.* & qui exemptionem allegat, eam, nisi in  
possessione immedietatis sit, probare debeat. *Besoldus*  
*d. conf. 238. per tot.* & nos *alibi* plenius. Quòd si verò  
Superioritatem alius sibi asserat, adv. turbatorem in-  
vasoremque, uti possidetis *interdictò* aliisque uti,  
*Mandata* dehinc in *Cam. Imp.* de non amplius offen-  
dendò, turbandò, restituendò, nec non super *Const.*  
*d. Pignorat. impetrare*, (*Knichen. c. 5. d. Territ.*) &  
in

\* *add. Speidel. in Notab. voc. Grängen / item Marck-  
stein. Oetinger. de jur. & controv. limitum. D. Fritsch.  
d. District. Universit. agror. civit. vel pagi, Fluro  
Recht. Hieron. d. Monte d. fin. regund. Aymus d.  
Alluvion. Rulandus d. Commiss. D. Seckendorff p. 2.  
des Fürsten-Stats. c. 7. §. 6. & in Add. n. 10. tum &  
exacta D. Obrecht de Sacris termini, Dissertatio.*



in petitoriò confessorià & negatorià experiri; (Mod. Pistor. 2. *conf.* 4.) quin & contrà violatorem territorii injuriarum, *arg. l. 13. §. ff. d. injur. ex fractâ Pace Publ. agere*, vel ingredientem propriâ authoritate expellere licet. Ertl. *Appar. 3. Theatr. sup. Terr. pag. 65.* Quis autem *judex* fuerit causæ, quando litem movet subinfeudans Vasallo subinfeudato de Superioritate territoriali? Videbatur equidem ad Pares Curiaë eam deferri oportere. Sed quoniam Superioritas h. c. mediatè ab Imperatore pender, ideò hunc judicem vult Schützius. *I. Disp. Jur. Publ. 6. 8. 25. in fin. & de Camera meritò dubitat.*

Adversùs *subditos* Dominus officio Superioritatis potestatem suam tueri potest, multis; pœnis, carcere, pignoratione, missione, relegatione &c. sinè figurâ judicii, *Wesenb. conf. 43. n. 98.* adeoque ipsis obedientiam pœnaliter injungere, & si nec tum pareant, exequi; non quasi ad instantiam tertii, & ut Magistratus, vi jurisdictionis; sed Superioris Imperii, ejusque officio: quapropter ab ejusmodi mandatis & executionibus ad Cameram appellari non potest, neque inhibitiones ut contrà attentata metuenda sunt. *Author Respons. Nucl. Resp. 6.* Quin & armis cum opus est, & auxiliò amicorum, se tueri potest. *R. A. 1526. §. 9. R. A. 1529. §. 14. art. 7. Capit. Leopold. Gail. I. de Pac. Publ. c. 16. n. 12. seqq.* Neque tamen subditos exactionibus premere, suâque potestate *abuti*, debent territoriorum Domini. Et quamvis subditis non liceat de potestate Dominorum, quæ illis competit, disputare.



tarè. Mevius *conf. 102. n. 2.* (ubi quidem de lite inter Regem Sueciæ & Capitulum Hamburgense agit:) neque etiam tumultus & seditiones excitare debeant: quò pertinet der **Auffstand Graf Friedrichs zu Wied Unterthanen** / anno 1660., da diese **Chur/Pfalz als Lehn-Herrn** / ex capite deteriorationis Feudi, ange- ruffen; jener aber eine **Kaiserliche Commission auff Chur-Cölln ausgebracht**: & plura ejus generis exem- pla alia. Tamen onera intolerabilia contributionum, operarum, metatorum, &c. eò subditos justè mo- vent, ut ad Justitiæ opem confugiant. *add. Tabor. d. Metat. c. IX. §. 3.* Equidem die **Landstände und Un- terthanen** / per art. 3. *Capitul. Leopold.*, sollen contra Magistratus & Superiores suos, in puncto ihrer **Schul- digkeit** / nicht leichtlich gehört werden: (add. *R. A. 1654. §. 105.*) si quid per modum Querelæ s. Imploratio- nis officii judicis, deferant, si Mandata petant inhibito- ria, cassatoria, manutentionis, & sim. Nec enim statim petita decernuntur, sondern wird umb **Bericht geschrieben** / (v. de *Literis Informativis*, quæ in publ. edita sunt,) eaque informatio communicatur implo- ranti, & desuper proceditur. Est tamen ubi protinus *Mandata sine Cl.* decernuntur, quando narrata eò qua- lificata sunt; velut in damno irreparabili, si alimenta sub- trahat Dominus, si periculum valetudinis aut fortuna- rum inferat, si cautionem sufficientem obtulerint subdi- ti, & carcere tamen detineantur: atque causæ hæ notoriæ sint. v. *Balthaf. c. 18. d. Oper. Subd. p. 459. Klockius d. Con- trib. c. 2. n. 55. seqq.* Quòd si Literas informatorias exi- gere placeat, & ex hisce constet, subditis nihilominus

L

suc-



succurrendum esse; Dominus v. Jus Austregarum illò casu non habeat, ut Comes, Senatus, (idem de Nobilibus immediatis sentiendum est,) tunc Mandatum cum Cl. decernitur: quòd si verò gaudeat beneficio Austregarum, ne his præjudicium fiat, Processus subditis denegantur. Utique si enormes fuerint exactiones, ut pœnam privationis ob abusum & sævitiã mereri censeantur: amissione Superioritatis ejusve usu & exercitio, vel ad implorationem subditorum, vel ex officio, mulctari potest Dominus contumax & inemendabilis: adeò ut subditi in potestatem ejus venire iterum non debeant. Gail. 2. O. 17. Myns. V. Obs. 8. add. D. Andler. in Decisionib. quod quidem, facilius apud subditos Landsassiorum in usum deduci potest. Carpzov. 1. Resp. T. 6. R. 53. Non usu amitti possunt jura Superioritatis, si alius eadem usurpandò præscribat: aliàs solus *non usus* ad amittendum nil facit; l. 34. §. f. l. 35. ff. d. S. R. P. maximè cum casus utendi unò alteròve jure non emerferit. Sed & per *bannum* ob crimen læsæ Majestatis, fractam pacem, aliasque causas, territorio quis excidit; quibus Feuda aut allodia amittuntur. Gal. c. d. P. P. c. 12. Ad quemnam verò & ad quos territorium, ratione allodialium vel feudaliũ, in variæ conditionis Statibus, deveniat, prolixè expendit D. Schützius vol. 1. Diss. 6. tb. 30. lit. f. Denique per *exemptionem totalem* ab Imperio Superioritas extinguitur, licèt quis in statum absolutum se vindicet; nec enim is ampliùs est Superioritas.

(b.) *Tantum Status possunt in suis*  
*terri-*



*territoriis.* Prostat ubique hoc effatum ( v. plures  
 Aa. ap. Carpzov. c. 1. d. L. Reg. sect. 12. & Vietor. c. 4. de  
*exemptionibus* , ubi formulam hanc *parietariam* ap-  
 pellant. ) Sed fatum *Brocardicorum* habet , ut multas  
 instantias patiatur. Enimverò dissident variè , qui po-  
 testatem Principum ad summum extulère ; prout  
 quisque ad scribendum vel affectu vel imperitiâ acces-  
 sit. Fuère \* qui interesse *Principum* putarunt , si  
 iis *Majestatem* in suis territoriis tribuerunt , quam nec  
 ipsos Principes affectare credendum est : quippe quòd  
 eò sinè maximò periculò , & imò absque ruinâ Imperii ,  
 res perducì non possit. Unde qui ejusmodi traditis ad-  
 hærent , illi non utuntur eâ hypothesi , nisi quòd ean-  
 dem plurimum facere existiment , ad stabiliendam  
 Dignitatem Principum , tam adversus inferiores , quàm  
 adversus ipsos quoque Electores. Alii , ut culmen Im-  
 peratorium exinanirent , & vel Domui Imperanti dif-  
 ficile redderent Imperium , ultrà modum potestatem  
 Principum evexerunt. Cæterùm quia Domus non-  
 nullæ Principum præ cæteris instructæ sunt potentiâ  
 & viribus , queis omninò tam apud externos quàm domi  
 præ eminentia æstimatur : inde ( salvâ quâcunque præ-  
 rogativâ Constatuum , sive Electorum sive Principum ,

L 2

aliâ

\* Non tantùm nuperi quidam , sed & Veteres , ap. Be-  
 soldum 2. conf. 79. n. 17. seqq. ibi : *sey ein unfehlbarer*  
*Rechts-Schluss aller Practicorum ;* ( imò indubiu s  
 lapsus est omnium aberrantium : ) quos eò nomi-  
 ne taxat , & uti Statibus nil detrahendum , ita nec  
 nimium illis tribuendum esse , rectè monet D. Te-  
 bor. c. 2. *Armam. §. 2. p. 112.*



aliâ, quæ in præcedentiâ, vetustate & juribus, ab antiquo cuilibet firmatis, conspicitur,) illis potissimum Domibus, quæ in Imperio & inter Gentes potentiâ eminent, *Potentatum* quendam, Imperio non minus quàm Imperatori salutarem, (ex quo singulares, & qui Superioritati territoriali per se non debentur, effectus profluunt,) præ cæteris tribuere nos debere, res ipsa postulat.

Sed videamus, quousque enunciatum hoc: *Tantum posse quemlibet Statum in suo territorio, quantum potest Imperator in Imperio.* procedat. Etenim sicut quilibet in domo suâ facere potest, quod Princeps in Principatu; quoad administrationem scilicet & potestatem Oeconomicam: ita ante omnia modus potestatis, in eâ Principum Superioritate, supponendus est. Hinc eâdem facilitate *apud Klockium cons. 3. qu. 2. post Tract. d. Contrib. p. 50. a.* asseritur: Quæ potest Cæsar, eadem quoque Baronem, Dominum, in Dominio suo posse; quantumvis ne quidem Status Imperii fuerit.

Videlicet idem potest Status (I.) non identitate potestatis specificâ, & ne quidem eodem potestatis genere, sed analogicâ quâdam potestate; nec tamen analogiâ Majestatis plenâ & adæquatâ, sed solùm quoad jura, quæ concessa sunt: Non potest idem potestate independente & Majesticâ, sed dependente & subalternâ: non paritate potestatis, sed similitudine: non absolutè, sed repræsentativè: non per adæquationem, multoque minus per abdicationem, Cæsareæ potestatis, sed per subordinationem: ohne Schmälerung der Kayserslichen Hoheit. R. A. 1576. §. dadurch dann. (quâ ratione

Car-



Carpzovius *d. l.* regulam de juribus quidem concessis, sed tamen minus rectè eum in modum intelligit, quasi in illis juribus impediri non possint: eò ipsò enim hoc non possunt, quod potest Cæsar, quia non nisi subordinatè, & sub directione Cæsaris & Imperii, possunt: ut si Legibus Imperii non conformiter juribus suis utantur, impediri omninò queant: (2.) Idem potest, non eà jurium *perfectiōe*; & perperam illi, qui dicunt *Status habere in suâ ditione jura, quæ fuerunt & sunt summæ civilis potestatis*. Siquidem jura Majestatis esse desinunt, quæ communicantur subjecto; quod eo ipso Majestatem non habet, quoniam communicata alienò nomine tenet: non potest quoque tantum Status eà jurium *amplitude*. Nam jura retinet Cæsar *reservata, d. §. R. A. 1576.* quorum aliqua citiùs per Comites Palatinos, concessò illis privilegiò Dignitatis, inde sublimatæ, per Imperium exercet. Nec idcirco Hermes *c. 32. Fascic. Jur. Publ. n. 26. §. c. 12. n. 21.* istò Brocardicò ad hoc abuti debuit, ut inde Statibus Nobilitandi potestatem assereret. Status ferè ea in territoriis suis, æmulâ potestate, expediunt, quæ fruentæ justitiæ rationem, & necessarium Provinciarum regimen, concernunt: atque eò terris suis patrimoniali jure fruuntur. Reliqua Cæsari retenta sunt; neque inde quicquam per concessionem Superioritatis in Statum transit, ut nec omnia quæ habet is qui Superiorem non recognoscit. Rosenthal. *c. V. d. Feud. concl. 13.* Neque ergò planè idem potest Status, sed secundùm quid: dum potestatem Imperatoris per partes exercet in suis Terris, quoad jura concessa: eà

L. 3

fer è



ferè formâ quâ olim Cæsares ; neque ampliùs administratoriâ aut Vicariâ simpliciter , sed propriò jure & perpetuò. (3.) Non potest Status omnia quæ à Cæsare & Imperio tenet , Jure Superioritatis ; ut est jus monetæ , jus judæos recipiendi , (quod olim peculiariter tribuendum erat,) jus item vectigalium. Verùm hæc atque reliqua omnia quæ potest Cæsar , ea potest jure Majestatis. Non etiam oportet *Imperium* in illâ regulâ collectivè , seu ut universum ejusque regimen denotat , accipere ; quapropter non satis rectè Bœclerus exprimit : *quantum potest imperator in (universo) Imperio*. Sed distributivè : ut quod Imperator olim per se poterat in territoriis totius Imperii : illud quoad concessa jura nunc possit in suo territorio Status. Possit etiam in rebus sui territorii , non in rebus Imperii. Possit tamen , extrâ sensum regulæ , quæ Cæsar in Regimine universi potest , assimilatione quadam & proportione : ut sicut Cæsar se habet in regimine universi , v. c. in Comitibus , ita etiam Princeps se habeat in suo territorio , in Diætiis Provincialibus : & ut Cæsar in Legibus per universum Imperium ferendis , ita Princeps in Constitutionibus suæ provinciæ sancendis. Quin & suò modò plus habet & potest Princeps quàm Cæsar. Nam Princeps terras suas habet jure patrimoniali & perpetuò , ac in posteros transitoriò : habet etiam emolumenta Terrarum plena. Quâ ratione autem *Cæsaris Majestati* in universo , sive *majora* & eminentia , sive *minora* & fructuosa jura , adscribi possint , commodiori locò videbimus. Utique Principes Italiæ plus possunt , quàm Germaniæ Status , in terris suis , quas ab Imperio tenent.



tenent. Rosenthal. *d. l.* rectius quàm Surdus *ap. Besoldum cit. conf. 79.* sentiens. Equidem Mylerus, quando in *Tract. d. Principib. & Stt. Imperii c. XIV.* ad Brocardicum seu Regulam illam exponendam progreditur, valdè cespitat. Rationem illi præbet, *n. 13.* quoniam (1.) plura personalia possideant Principes, quæ non nisi absoluto Principi competere possint. (At verò hæc non sunt *jura Territorialia.*) (2.) quia Imperii consortes sint. Sed ita ex Territoriis Statuum ad Imperii universitatem exsultat; quanquam ne quidem consortes Imperii, sed in illius exercendi modum assumpti sint. Rectè interim *D. Mylerus*, captiosum esse illud axioma *n. 8.* agnoscit: Rectè non minùs, *n. 18. & 19.* quòd jura Statuum non sint Majestatica, ut Cæsaris, quippe cui Statùs ratione personæ subjiciantur. Fallitur autem *Bæclerus*, quando putat, *Lampadium* fuisse primum qui ostenderit quàm hæc locutio accurata non sit. Ego verò primum fuisse putaverim, qui rem omnium maximè conturbaverit. De *autore* illius Regulæ si inquiras, *Klockiùs 3. conf. 102. & in Tr. d. Contrib. c. 4. n. 134.* Castrensi illam tribuit, (*add. Rosenthal. c. X. d. Feud. concl. 13.*) qui tamen non modò ipse *vicariam* illam Principum potestatem, *recognoscendam & concessivam*, agnoscit; Sed & ead. apud *Dd. Castrense* longè antiquiores occurrit, v. *D. Eyben. Diff. d. Orig. illius regul.* in quâ de potestate Principum seu Primorum, à temporibus Regum Franciæ, *Merovingorum*, exorsus, quibus & *Feudale* vinculum adscribit, per *Carolingos, c. 3. Saxones, & c. & c. c. 4. seq.* ad seculum usque *XIII. & Rudolphi* tempora, progreditur: quibus

tem-



temporibus efformatam fuisse regulam illam c. 8. autumat: idemque jam ante *Mylerus d. l. n. 9.* cum cæteris censuere.

(c.) *percurrendum illud caput.* Nervus hic videbatur atque gloria Opusculi LAMPADIANI *Beeclero.* At plura in isto *cap. 3. partis III.* præfert *Lampadius*, quæ admitti non possunt. Sic enim I. in §. 1. tradit, *Status Imperii esse territoriorum Dominos, qui cum Casare imperandi potestatem habeant.* Resp. (1) Confundit ille imperium in cujuslibet territorio, cum imperio universi. (2.) nulla est in universo, ejusve regimine, Statuum potestas Majestatica; nisi quòd suo modò subjectum Majestatis R. G. commune sustineant. II. ait, in §. 4. *Illam Imperii, quam vult, communionem non profluere per se ex ditionibus Statuum. Interim nunc territorio innixam videri suffragandi potestatem: quia & votorum pluralitate pro diversis ditionibus gaudeant.* Resp. (1.) Verum est, quòd jus suffragii non profluat per se ex ditionibus. Sed unde jam *Lampadius* evincet? Superioritatem Statuum esse Majesticam: postquam suffragandi jus Comitiale ex istà non educitur. (2.) Dicendum erat *Lampadio*, quænam alia causa fuerit Juris suffragandi: Siquidem plures sunt in Imperio terræ immediatae, quæ tamen nullum jus Statûs Dominis suis adferunt, neque terris illis suffragandi potestas ne quidem innexa est: (nam ita debebat enunciare, *Lampadius: innexam videri.* Quòd si enim innititur, seu *innixa* est, territoriis potestas suffragandi in Comitibus, jam censerit potest, territorio causandi vim attribui.) (3.) Si



(3.) Si quem hodiè Statum indignè ditionibus suis excidere contingeret, illum utique jus Statûs retenturum esse constat. (4.) Etiam post exortam Superioritatem Territorialem, durantibus ejus incrementis, bona immediata quem habere in Imperio non adeò requisitum fuit, ut quis pro Statu Imperii haberetur. Unde hodiè Statûs ex antiquis reperiuntur, quorum bona omnia mediata sunt. Est enim orta post jus Comitiorum terrarum Superioritas: Illâ qui gaudebat, erat Status; sed qui Status fuerat, non protinus actu Superioritatem habebat: atque plures nunc quidem ex Principibus noviter creatis suffragiò gavisos videmus, quorum jus Status nullò Terrarum imperiò, saltem non actu, nititur. Exolutio *des Anschlags* nil terrarum infert, nil imperii, nec exercitii in terris Majestatici. (5.) Jus votandi si innixum est ditionib9: quomodo independens & Majestaticum esse potest? nam territoria sua Statûs imperiò dependente tenent. Imò (6.) vel exhinc quòd innexum sit votum Territorio, (vel quòd affixum illud sit ad conditionem particularem ejus, qui requisita adimplere necesse habet, quibus ad similitudinem eorum, qui terris instructi sunt, accedat,) pronè sequitur, ipsum quoque jus suffragandi, non minùs ac territorium, subjectionis atque vasallagii lege habitum, & quod eidem simile est, dependens esse. (7.) Ius Statûs in Comitibus non est jus nec Majestatis nec Superioritatis territorialis, (quam ille Majestaticam esse vult;) sed eminentiæ personalis, ex Cæsaris sive Imperii beneficio profluens: quæ nunc quidem, ubi accuratiùs in certam formam redacta est, in Territorio primò radicatur. Ne-

M

que



que jus votandi, quo Status noscitur, est potestas Imperii; sed libertas suffragii, quam ab Imperio seu Majestate Romano Germ. tenet, quâ Status est: atque hinc eidem impertitivè, non eminenter & per autocratiam, competit: neque tamen jus istud simpliciter dependens aut precarium est; sed quod juri Territorii patrimoniali insinat & robori, quò Imperii potentia nititur. (8.) Falsum est, quòd ex pluralitate territoriorum quis plura vota habeat: tum quòd ex plurium Comitatum votis curiatis, si illi in Principatum uniantur, votum unum soleat confici; tum, quod magis urget, aliquot sæpè Principatus, & plures adeò Superioritates teneat Princeps, qui tamen voto non gaudeat nisi unicò. Quid quòd idem jus suffragii habeat, qui modò bona Principe digna possidet, atque is qui plus quadruplo bonorum tenet, nec tamen nisi simplicis voti jure Comitibus interest. Nunquid enim hic non posset, plura Regiminum collegia in suis terris instituendò, plura etiam vota sibi asserere? si *Lampadii* hypothesis procederet. Quâ sanè cum (9.) Statuum Majestatem in solò sententiam in Comitibus dicendi jure collocet, hoc effecisse videtur, ut Status Imperii, quibus tamen ille Majestatem quoque universi tribuit, in ipsis Comitibus, præter suffragandi jus nullum aliud, & extrà Comitibus nil planè habeant Majestatis; imò nil ratione universi potestatis: qui tamen non modò eximiis pollent juribus circa justitiam in Cam. Imperiali & aliàs promovendam, circa Jura Circulorum & Statuum alia, in Armorum jure; &c. quanquam hæc ipsa etiam Majestatis non sint. (10.) Votorum numerus ex receptò potiùs jure, quàm pluralitate & magnitudine ditio-

tio-



tionum, æstimandus est. Quid enim quòd potentissimus Elector Saxonix non nisi unicum votum in Collegio Electorali ferat; nec minùs Principes validissimi quidam simplici tantùm votò in Collegio Principum censeantur. Imò (11.) exempla prostant, ubi Princeps *das Reichs- und Kreyß-Votum*, ob terras alterius, habet in Comitibus; nec tamen sive terrarum sive Domini illarum Superioritatem sibi per hoc asserere valeat. v. Instr. Pac. Art. X. n. IV. §. 11. ibi: *Cùm autem utrique Pomerania unum tantùm votum in iis competat, à Regiâ Majestate, communicatò prius consiliò cum dicto Electore (Brandenb.) id semper feratur.* Et quid de votis Deputatorum, Visitatorum, &c. an hi plus habebunt ex Majestate Impèrii? quàm Status cæteri. (12.) Non sequitur, suffragandi arbitrium à nemine dependet, ergo Majesticum est: imò liberum est; nec quisquam inde arguit dependentiam, quòd majoribus votis quis superari possit. (cui reponit *Lampadius* §. 17. quòd votum unum non sit causa alterius, adeoque nec plura sint causa unius.) Nam istud ex Collegiorum jure procedit, ubi pauciores ex conventionem vel æquitate non tam invitè, quàm suâ voluntate, quâ recepti in ordinem pluribus se cessuros innuunt, in majorum sententiam transire videntur. Ipsum verò jus votandi ex beneficio Cæsaris & imperii pendere satis constat: & ut in sententiâ Imperii, dem *Reichsgutachten*, à majoribus nullâ dependentiâ vel imperiò vincitur; ita Legi ex hinc per Cæsarem formatae & promulgatae omninò subest. Succedit III. quòd *Lampadius* §. 6. d. Cap. 3. ex illo jure *suffragandi Statuum Superioritatem dependere*, asserit



Resp. (1.) Iterum suffragia pro communi salute Imperii universi edita in particulare suffragantis Territorium pertrahit. Quamvis enim ob Superioritatem in Comitibus in partem curarum eò rectius assumantur Status; tamen ob votandi illud arbitrium in Comitibus non habent Superioritatem Territorialem. Sanè Statuum Provincialium jure & prærogativâ in terris Statuum quoque fruuntur illi ex Prælatiis, Nobilibus & Urbibus, qui bona immediatè sub Principe possident, atque hinc suffragia ipsorum in Diæti Provincialibus requiruntur; Sed inde nemo dicet, ipsos vel in suis bonis potestatem à Principe non dependentem exercere, vel de Principis illâ potestate aut Superioritate quicquam participare. (2.) Ne quidem hi, qui ex Comitiorum jure Statibus Aristocraticam, juxta Monarchiam Cæsaris, Majestatem tribuunt, jus istud, quod in universo habituri forent, confundere cupiunt cum eo, quod in territoriis suis ut singuli habent. v. Carpzov. c. 1. d. Leg. Reg. sect. 12. Neque enim Superioritas illis competit, quâ Statibus, quippe quòd die Reichs Standtschaft universum respiciat, & Jus quoddam eminentis personæ sit, quod non distributum sed collectim habent; ) sed quia Statibus; nec ut constitutum, sed ut consecutivum Status: nam & in actum jus suffragandi deduci potest, ut non possit jus territorii. (3.) Sæpius admonitum est, quòd potestatem suffragandi habuerint Status, priusquam Superioritas efformata fuerit; quicquid sit, quòd nunc quidem nemini Superioritas tribuatur, nisi qui sublimi Status conditione insignitus est. (4.) Cùm Electoris Palatini v. c. suffragium, cæteris junctum, effi-  
cere



cere vel saltim procurare possit, ut per Recessum Imperii quid in ditionibus Principis cujusdam alterius fieri debere statuatur: aut oportet votum illud non competere Electori Palatino ex jure sui territorii, aut oportet ipsum vim suæ Superioritatis in terras alienas exserere posse. (5.) Si jus suffragandi in Comitibus Superioritatem territorialem parit, non poterunt sibi Status Protestantes Superioritatem asserere terrarum suarum in Episcopalibus. Aut verò non eandem habebit efficaciam jus suffragii Principis Catholici, atque Protestantis, in terras suffragantium. (6.) Fuit, cum Civitatibus Imperialibus Superioritas territorialis denegaretur ab iisdem, qui jus voti Comitialis eis denegare non poterant. Imò (7.) eximentes vel exempturi permittunt alicubi eximendis sessionem & votum in Comitibus, nec tamen illis Superioritatem terrarum largiuntur: quam in rem aliquot exempla producere possem, & sunt in Comitibus S. W. &c. Sunt imò Status Provinciales quidam *Austria*, quos nullâ Superioritate gaudere evidens est, & tamen modò in Comitibus *der Reichsstandschafft* liberòque & plenò suffragiò, gaudent. Ipse *Lampadius* (8.) dixerat superius, ex Superioritate jus suffragandi pendere. Jam rem convertit intolerandâ confusione. Videlicet nulla falsi stabilitas! Est potiùs Status axioma ex meritis & virtute personarum, quibus si conditiones quasdam accedere oporteat: jam conditio nec causæ locum subit, neque rem producere potis est. Sed nunc animosus provehitur *Lampadius* §. 6. & IV. *Superioritatem illam disertè Majestaticam* appellat: *Esse enim Regiam, indeque non posse Casarem*



*simul habere potestatem in Statuum territoriis, quia duæ Majestates in eodem Territoriò esse non possint.* Resp. Omninò Cæsar (1.) *Reservata* sua in terris Ordinum directè exercet, sive ut in terrâ particulari, sive ut in parte universi: quâ ratione si Cæsar debitori depauperato moratorias universales concedat, effectum Majestaticum earum inde perspicimus, quòd ipsæ in omnium Statuum territoriis operentur: atque si eidem debitori Princeps ejus literis similibus succurrat, eas non nisi ex Superioritate profluere vel hinc appareat, quòd si à Cæsare debitor non habeat moratorias, unicè à subditis sui Principis, & in hujus territorio, tutus futurus sit; imò si in præjudicium creditorum illius quoque territorii Moratoriæ debitori, nullis requisitis idoneis suppositis, concessæ fuerint, hinc gravati ad Cæsarem recurrere possint. Quod verò (2.) *Jura reliqua Cæsaris* attinet, ea non minùs in territoria Ordinum valent, quorum Domini & ipsi subsunt Majestati Cæsaris, ejusve imperio, pro ratione Legibus & observantiâ Imperii definitâ: Nec enim duntaxat Statûs terras suas cum juribus territorialibus à Cæsare, sub lege fidei & subjectionis, recognoscunt; verùm etiam supremam Cæsaris Majestatem, ejusque effectûs, in suis territoriis reverentur: ut idcirco Superioritas, quam iisdem Cæsar confert, illos in eadem defendit, Leges in eâ, ex modò in Imperio receptò, præscribit, ad quem etiam injure reddendo recurri oportet, ac qui eâ indignos se reddunt, inque Majestatem ejus injurii snt, eadem privari possunt, Majestatica hàudquaquam dici, neque Cæsari Majestas in illis terris detrahi queat. Equidem  
Supe



Superioritas illa non est nuda Jurium Cæsaris executio:  
 ( postquam non immediatè Cæsaris & Imperii emolu-  
 mentum, verùm proximè ipsius Statûs imperantis & il-  
 lius territorii commodum respicit; ) sed est vera & pro-  
 pria potestas, Imperio summo, secundùm jura ejus,  
 quæ Cæsares Statibus jure patrimoniali reliquerunt,  
 analogâ, ejusque adeò æmula, quoad latitudinem ob-  
 jectorum, quoad perpetuitatem, exercitium liberius,  
 statuendi in profanis & sacris facultatem, quoad po-  
 tentatum, & formam regiminis universi: interim sub-  
 ordinata, quæ Cæsaris Majestatem supponat, ( ceu Cæ-  
 sar ipse mandare solet in ditionibus suis Austriacis, *aus  
 Kånserlicher auch Landes-Fürstlicher Macht. Rein-  
 king. d. R. S. & E. Lib. 1. cl. V. c. 2. n. 23.* ) & dependens,  
 quam exhinc nomine peregrinò *der Souverainität* / quâ  
 Cæsarem & Imperium, malè efferri videas. Nulla enim  
 vox est commoda magis & perspicua, nulla aptior; quàm  
 quæ Legibus & communi usu recepta est: *Superioritatis  
 territorialis.* Estque inanis illa distinctio, quâ Princi-  
 pes nostros non quidem *Souveranos*, sed tamen *Souve-  
 raine Reichs-Fürsten* dici posse volunt. Sanè sunt po-  
 tentes illi, sunt Regibus pares, sunt quoad hos Souve-  
 raini satis; sed quoad Cæsarem & Imperium Majestati  
 subsunt, nec unquam ad exteros, etiam ut potentes,  
 relati, hunc respectum exuere possunt. Eòdem modò  
 hallucinantur, qui voce *Autocracias* utuntur: quippe  
 quòd hæc ipfa omnem dependentiam excludat. Inde-  
 que possunt quidem voce *Souveranitäts, Suprematus,  
 Autocracias* uti, qui liberum in ditione quâdam Domi-  
 nium & à nemine recognoscibile habent, ( uti Princi-  
 pes



pes quidam Italiae: ) quod tamen magnitudinem & Di-  
 gnitatem Majestatis, ejusque mensuram, non impleat.  
 Sed non possunt Principes Imperii, quantumvis ex-  
 cellentiam Italiae Principum in quam plurimis exsupe-  
 rent. Utrique *Furstenerius* illâ voce *Suprematus* aliô  
 significatu utitur; de quo dicetur suô locô. (3.) Rem  
 valdè turbant illi, quicunque *jura Majestatis communi-*  
*cata* esse Statibus in terris suis docent. Nam jura illa ter-  
 ritorialia eô ipsô Majestatis jura non sunt, quoad Prin-  
 cipem seu Statum Imperii, quòd nunc eo ipsô non ex-  
 erceantur ab illo, qui universi Imperium & qui sum-  
 mum tenet: (nil etiam tale communicavit Cæsar ulli  
 Statuum, in universitate Imperii, & nec omnibus jun-  
 ctim sumptis.) Est verò concessio hæc distributiva ju-  
 rium, quæ aliunde nisi beneficiô Cæsaris non haben-  
 tur; indeque saltem intuitu Cæsaris, adhuc Majestatis  
 jura dici possunt, quòd hic ea hæctenus in solidum, vir-  
 tualiter, eminenter, in actu primo, item signato, reti-  
 neat. (v. *Tract. d. Gravam. extraj p. 360.*) Non potuit  
 jus universum Cæsar transferre in aliquem Statuum, po-  
 tuit jus universi in ditiones singulas: ut exhinc non  
 am Majestate Statûs fruerentur, quàm effectibus ejus-  
 dem atque juribus analogis. (4.) Crimen Majestatis  
 propriè dictum in Statum Imperii non committitur,  
 quod ex effectû poenarum liquet. v. *Klock IV. Conf. 76.*  
*n. 57. seqq. & per tot.* De Electoribus alibi. (5.) Supe-  
 rioritas territorialis ejusque jura privato juri, vel sal-  
 tem juribus Imperii communibus, in acquirendo, re-  
 tinendo, amittendo, & in ipsis judiciorum disceptatio-  
 nibus, subjacet: quòd sanè Majestatis non est, nec Cæsa-  
 ris,



ris, nec alterius. (6.) Placeant sibi in vanum illi, qui *Lampadii* ingeniò abrepti Majestatem Statibus vi Superioritatis concretivè, ( quatenus jus & eminentia Comitialis in regimen Principatûs se insinuet, ) tribuunt. Non est concretum Majestaticum, cui forma seu Majestas ipsa non inest. Quòd si verò junctum quid Majestatis esse Superioritati velint, jam hoc non concretum est, sed connexum unicè dici meretur. Sed si virtus quædam è Majestate progressa Superioritati vigorem, Majestati cognatum, conciliet: jam iterum nil Majestatis ei connexum est. Et sanè neutra expositio, ut illi opinantur, *Lampadii* exprimit sententiam, imò una interpretationum illarum alteram destruit. Nunc autem V. *Lampadius* scenam aperit, dirimendò *Jurisdictionem* illam *Regiam*, ( sic appellat: cum tamen alia sit Dignitas Regalis, alia sint Jura Regalia, à potestate Regia seu Majestatica: ) quòd scilicet per illam *vel jus constituatur vel reddatur*. Reddere *Cæsarem* jus universaliter, adeòque *Jurisdictionem in specie dictam penes ipsum esse in Imperio*. §. 7. 8. *Juris verò constitutionem esse penes Statûs tam in suis territoriis, quàm in Comitibus*. *In his nullam esse Cæsaris potestatem, sed Superioritatem Statuum solam*. §. 15. *velut in Jurisdictione nulla sit Statuum Superioritas*. §. 13. Concludit hinc in §. 16. quòd illarum rerum, quæ in Comitibus peraguntur, *Statûs in suis ditionibus quisque supremam, atque adeò Majestaticam, jurisdictionem habeat: & expressè in §. 18. Majestatem* appellat: tum in §. 17. *suffragium in Comitibus independens esse, denuò inculcat; neque inter minora cum fuerit, à majoribus si-*

N

ve



ve pluribus independentiâ seu longitudine, sed *robore latitudinis vinci*, putat. Hic verò plures subsistere, multos stupere videas, plerosque exornare texturam Lampadii: Et hi quidem *Superioritatem* partim quoad *Reservata*, atque ea quæ *jurisdictionis* sunt, esse tradunt *penes Cæsarem*, indeque statum dari mixtum ex duabus Monarchiis, in terris Principum. Inde Statûs non habere, ajunt, Superioritatem terrarum suarum quoad Cæsarem, in illis quæ jurisdictionalia sunt, eò quòd in his ad Cæsarem provocari possit. Imò concurrere dicunt alii Cæsarem cum Statibus, vel saltim dependere, in his quæ habent ab Imperio, quæque à superiori Republicâ (sic loquuntur,) suspensa sunt; non in aliis, quæ summo jure, quæ propriâ authoritate, quæ suis auspiciis, expediant. Enimverò Resp. (I.) Sic habebit Princeps v. c. in suo territorio, ex *Lampadii* sententiâ, dimidium Majestatis in jure constituendo, & sic partem unam Monarchicè; alteram partem habebit Cæsar, ad eòque nemo Statuum integram habebit Superioritatem sui territorii? Equidem Majestatis jura aliàs individua sunt, neque in se propriè majora vel minora, quoniam Majestas ubique summa est, & solùm quoad objecta variat, ubique plena; licèt fieri possit, ut ex defectu objecti per omnes facultates, quas aliàs complecti apta est, exerceri non possit: ceu in fodinis, navigationibus, aliisque conspicitur. Quin & Superioritas, quantumcunque Majestatis æmula sit, tamen ad esse suum non requirit, ut omnia jura, quæ aliàs ei accensentur, Dominus in suo habeat; Sed vicinus etiam regalia inibi exercere possit, ut per hoc Superioritatis nil sibi vindicare queat:



queat: adeò ut etiam Superioritas tunc vera sit, & in suo genere perfecta, quando aliq in nostro jura potestatis aliqua, haftenùs independenter à nobis, exercet: (quamquam eo ipso in Imperio dependentia sint, quòd à Cæsare & Imperio quacunque ratione, & sive per conventionem cum Domino Territorii, sive per usum longævum, tanquam à fonte, deriventur,) id quod fieri in Majestate non potest, ut quoad jura, quæ juxta Regem alius habet ab isto independenter, in eodem regno, non debeat haberi pro coimperante, & Status pro composito ex duobus Imperiis Regiis: Neque enim jus ullum Majestatis in alieno locum invenit, nec perfecta censeri potest Majestas unius, si juxta eum alius jura Majestati debita in eodem regnò absolutè exercent. (Siquidem Superioritas, tanquam potestatis Germanicæ species, peculiari genio censeri potest; Majestas haftenùs ex communi natura æstimari debet.) At verò nil ex hinc pro *Lampadiò*: Et sequetur potiùs ex *Lampadii* traditis, Statum Imperii in suo territorio eandem potestatem dimidiã constituendì juris habere Monarchicè, quã habet in Imperii universitate Aristocraticè. Imò sequetur, si jura Superioritatis eadem forent cum his, quæ in Comitibus habent Statùs: quòd illa in cujusque territorio futura sint Aristocratica; nec Princeps solus potestatem in suo habiturus sit. Et licèt dixeris, modum solùm fore Monarchicum in Territorio: hoc ipso Majestatica non erit, quæ modum ex Comitiorum placito capiat, quæque ex Comitibus Aristocraticis dependeat. Sequetur porrò, Cæsarem habere Majestatem in Universo quoad jus reddendum Monarchicè, quoad constituendum Aristocraticè cum Sta-



tibus concurrentibus : & habere eandem Majestatem juris constituendi saltim distributam cum quolibet Statu in suo territorio ; habere solum Majestatem juris reddendi in cujuslibet territorio : & hactenus Superioritatem hybridam , & partim dependentem partim non dependentem , imò non Superioritatem , fore. ( 2. ) Quando Cæsaris jurisdictio Majestatica vires suas in territoria Statuum exserit , tunc jurisdictionem horum inferiorem , quâ vi Superioritatis pollent , ( quamque beneficiò Cæsaris & Imperii habent , ab Imperii Legislatione & ordinationibus dependentem : ) non turbat , sed illibatam relinquit. Nulla ratio diversitatis dari potest , quare magis sint independentes Status in jure constituendo , quàm in reddendò ; nam quòd constitutioni Legum universalium in Comitibus adhibeantur , ( quale quid fieri etiam solet cum Statibus Provincialibus à cujuslibet territorii Principibus , ) exinde nec Majestas illis quoad Leges ferendas in universò , nec in suo , adscribi poterit. Sanè Jus in universum in Comitibus constituere licet , ut per totum Imperium valeat , sed jus reddi non potest in Comitibus , quoad causas ad singulorum territoria spectantes , nec ibidem reddi debet : inde tamen haudquaquam inferendum est , quasi Status non etiam circà juris redditionē in Imperio versarentur , aut in suo circà hanc non et. agant plenò jure Superioritatis. ( 3. ) Legibus Comitibus seu Recessibus Imperii quilibet Status obtemperare debet , non ex concluso Comitibus , nec proinde ex conventionem suâque voluntate ; sed ex Legislatione sive promulgatione & præcepto Cæsaris. Juxta Leges illas simul in suis terris jus reddere tenentur.

tur.



tur Statùs vi illius præcepti, non etiam voluntate inde-  
pendente aut liberâ : Quòd si enim hoc non fiat,  
subditi & quorum interest, ad Cæsarem recurrere pos-  
sunt. (3.) Si juris condendi potestatem Status habet  
in suo territorio Majestaticè, quidni conderet Leges in-  
ibi pro arbitrio, nec enim ad Comitìa respicere necesse  
haberet : & quid interesset Electoris unius, quò jure  
alter provinciam suam regeret, nisi quòd Majestas Cæ-  
sarea eisdem Legibus & jure pariformi, salvis  
his quæ ab antiquo statuta sunt, salvis suò modò  
statuendis, ( de quorum limitibus alibi commodiùs di-  
cetur : ) universas & singulas Imperii ditiones regendas  
esse velit. Quidquòd (4.) Ipsimet Principes cum fa-  
milià suà Leges & jura illa communia Imperii servare te-  
neantur, & in propriis actibus ne quidem solennia Juris  
positivi Civilis seu Imperii negligere possint : ceu jura  
non modò personarum, sed & rerum, imò actionum &  
judiciorum, quotidiè loquuntur. At verò hæc ipsa non  
conveniunt cum propriis auspiciis summòve jure, cum  
potestate item Leges ferendi Majestaticà; utut verum  
sit, quòd statuis, quæ ipsi condunt in territoriis suis,  
ipsimet non teneantur : id quod ad imitamenta Majesta-  
tis Cæsareæ in universo pertinet. (5.) Si de illis possunt  
Status Leges ferre in Comitiiis, de quibus in territoriis  
suis per Superioritatem territorialem statuere possunt :  
sequetur Statùs de nullâ re suffragium ferre posse, quæ  
ad Imperii universi rationem pertinet : puta de bellis,  
foederibus, &c. nomine Imperii suscipiendis : de nullâ  
et. re sive causâ, quæ aliorum terras unius alteriusve vel  
plurium concernat. Utiq; enim *Lampadius* totam



rationem Comitiorum, & jus quod ibi habent Status, ex ipsorum Superioritate, & quidem eò quò diximus respectu, unicè educit. Sequetur multò magis, quòd Cæsar nil quicquam Majestatis habeat in Imperio, quippe qui territorio omni destituitur, & si jurisdictionem respicias, illam distributim exercebit in Statuum territoriis: & habebit ergò Superioritatem dimidiatam; non habebit Majestatem universi, neque propriè dictam. Sequetur ulterius, quòd non de eo possint Statûs ferre suffragia in Comitiiis, quæ Cæsar in solidum esse largitur *Lampadius*, de Jurisdictione scil. universali in Imperio: cùm tamen ea, quæ circa Processum Supremorum Judiciorum in Imperii Recessibus & Ordinationibus Judicii Camerae habentur, ut & ipsa Visitationum documenta reclamant. Sequetur non minùs etiam de illis, quæ ad unum alterumve Statum Imperii pertinent, in Comitiiis frustrà consultari; & tamen de Moratoriis & Privilegiis aliis, de restitutione Bannitorum, *von Credit-Sachen* hujus vel illius Statûs subditorum, in Comitiiis provisum est. (6.) Non habuit *Lampadius*, cur eò dilaberetur, nisi quòd ab una parte Statûs Majestate in Comitiiis, & sic in universo, valere supponeret: in suis verò territoriis eminenti potestate eos gaudere constet, quam ad Magistraticam referre non liceat. Proinde ut assertis illis consuleret, Superioritatem illam Majestaticam effinxit, eandemque Comitiiis intulit. Enimverò sicut suppositum illud Majestatis Comitialis non nisi quà subjecti communis rationem agnoscimus: ita in Imperio Romano Germ. sequela illa *Lampadii* in § 6. & 8. intolerabilis est, quòd cùm jurisdictio vel Majestatica sit & independens, vel dependens:



dens: hæc protinus pro Magistratica, aut si talis non fuerit, qualis utiq; Superioritas Territorialis non est, idcirco pro Majestatica haberi possit. Dependet enim Superioritas illa à Majestate Cæsaris, nec tamen Magistratica est, cum tertium detur in Imperio: sit etiam dependentia non protinus ea, quæ Magistratum infert. Est nempe Jurisdictio vel independens vel dependens: hæc competit vel jure patrimoniali, eminenti & singulari, in terrarum proprietate radicato, & est Superioritatis illius Territorialis; vel jure administratorio, ministeriali, alieno, personali: & est Magistratica. In territoriis suis imperant Statûs, in universo parent. In territoriis subalterna sunt jura Superioritatis; in universo summa, atque omnibus territoriis imminetia jura Majestatis: unde jura ista Superioritatis non modo tutamen & sustentationem, sed & limites suos modumque & directionem sortiuntur; indeq; per omnia realiter ab invicem distincta sunt. (7.) Si dependens jurisdictio eadem est simpliciter cum Magistratica, iniq; dependentem esse statuit *Lampadius*, §. 20. jurisdictionem Statuum in ipsorum territoriis. Nil quicquam habent ex juribus terrarum suarum, ut Magistratus; adeoq; etiam jurisdictionem seu juris reddendi facultatem, ratione multo firmiori & eminentiori, obtinent. Est quoq; vana *Knichenii* traditio *c. 1. d. sublim. Jure Territor. n. 389.* quod territoria sua Principes & Statûs non recognoscant à Cæsare, quoad universalem vel particularem jurisdictionem in subditos suos: quoniam hanc *jure proprio* habeant & in utilitatem, non jure administrationis; recognoscere autem illas ab Imperatore quoad Dominium universale totius Principatûs. Etenim hoc

Domi-



Dominiò nititur ista jurisdictio : & imò Dominium illud, quamvis à Cæsare recognitum, tamen idcirco non est juris administratorii : & iniquus ergò in Statùs evadit *Knichenius*, (quod innumeris extrà veri justiq; orbitam abreptis, accidit,) dum illis maximè prospicere annisus est. Reprehendi tamen idem *Knichenius* à *Lampadio* §. 7. non debuit, cùm ipse *Lampadius* largiatur, Jurisdictionem summam Cæsari Majestaticè competerè ; negare autem non possit, quòd Statùs jurisdictione sublaternâ utantur, Cæsare non concurrente in suis territoriis. Vidit utique *Lampadius*, quàm ipse Juris reddendi potestatem Statum imminuerit, quando eam dependentem, h. e. ut ille exponit, *Magistralem* esse docuit. Nam quia adimi possunt ea liberiùs, quæ talia sunt : hinc in §. 21. ait, quòd *adimere non possit Cæsar Statibus jurisdictionem, illud ex conventionem vel privilegio procedere.* Nimirum alteram partem civilis potestatis, seu juris constituendi potestatem, ipsos vi propriâ Majestatis tueri posse opinabatur. Et tamen hactenus nullum discrimen agnoscendum est, nec agnoscunt Leges fundamentales Imperii. v. *Capitul. Leopold. art. 3.* Quin & hactenus ad paria veniunt (secùs atq; vult *Lampadius*,) Immediati non Statùs, quorum omnia jura (quoniam scil. Jus Comitiorum non habent,) dependere, nulla Majestatica esse, *Lampadius* admonet. Utiq; Mejestatica nulla forent, quamvis in Comitiorum jus assumerentur. Ex quibus plus satis liquet, num bene *Lampadius* axioma istud explicaverit : *Tantum posse Statum, &c.* quando loco Cæsaris, §. 20. Comitia hoc modo substitui voluit : *Tantum posse Statum quemlibet in suo territorio, quantum Comitia possint in Imperio.*

S. D. G.



B. N. II, 141.

h. 37, 5.

SUPER

TER

P

DN. NIC.

LYN

CONSILI

ET CO

FA

CUR. PRO

ET

DOMINO PA

IN A

A.

BARTH

RECU

TE

DRO

M.

TORE

(ner/

II K  
4628

